ENAR· PSALMI XXXVIII

PER ERSMVM ROTERO.

Roterodami Enarrationes
super Psalmum 38.



VLRICHI DE HVTTEN EQ. DE GVAIACI MEDICINA ET MORBO GALLICO LIBER VNVS.

ANNO M. D. XXIIII.

AD REVEREN
DISS. IN CHRISTO PATREM ILLVSTRIS
ſimum principem ac dominum D. ALBERTVM S.
Romanæ eccleſiæ Tituli ſancti Chryſogoni preſbyterum
Cardinalem, Moguntiñ. & Magdeburgeñ. Archiepiſco-
pum, Principem electorem, Primatem per Germaniam,
Sacri Romani imperij Archicancellarium, Halberſtadien
ſis eccleſiæ adminiſtratorem, Marchionem Branden
burgenſem, Stetineñ. Pomeraniæ ducem, Scla-
uorum, Caſſuborumq; Rhugiæ, princi-
pem, D. ſuum colendiſſimum, in li
brum ſuū de Guaiaci medici
na & morbo Gallico,
VLRICHI de Hut
ten Eq. Præfatio.

HOc nouo ineunte anno, nequid à more intan
tum paſſim antiquato, ut legis iam loco ſit,
diſceſſiſſe uidear, ecce Saturnalitiū tibi mu-
nus, ALBERTE Cardinalis, ac Princeps
oīm optime, non tale quidem iſti, qualia mit
tunt circa diuitiarū oſtentationē ambitioſi hoīes, ſed quale
ipſum me dare poſſe & intelligis & gratum habes, Libellū
de magnifica Guaiaci ui ac uirtute, quē compoſui, nō tam
ut eius medicinæ, cuius ope ex morbo omniū peſſimo cō-
ualui, teſtatum meis literis præconium eſſet, quàm ut tibi,
ſic de me, ſic de optimo quoq; merito, gratificarer. Iam tu
ſoles enim, ut cum bono Poëta dicam,

Meas eſſe aliquid putare nugas,

Atq; ita me habes, ut non ſolum tua dignū aula, quod præ
ter uulgarē principum ſententiā, ſatis ſuperq; fuerat exiſti-
mes, ſed meū etiam qualecunq; id eſt obſequiū, ueluti rem
tibi honorificā, uerbis glorioſe iactes. Tantūq; abeſt, me
am tibi præſentiam grauem uideri, ut tibi pulchri etiā ali-
quid

quid acceſſiſſe, quod domeſticum Huttenum habeas, arbi
treris. Noui quos apud uiros, qua me prædicatione extule
ris, ſummo per Chriſtum bonitatis tuæ argumēto, ex qua
uel una re intelligere licet, quanta fortunam hanc humani-
tate temperes, & tuum conſilium quàm non ſit uanum,
quo decreuiſti, ut iſtos armatos iuxta te ſtipatores habere,
ita hominibus literatura præditis, cinctus & inſtructus,
hinc auream Moguntiam, inuictos iſtinc Saxones guber-
nare, nec te adhuc perdidiſſe quod in me cōtuleris aliquid
exiſtimas. Verum iam adhuc exporrectam aduerſum me
utramq; manum habes, cum ego ſentiam maiora tua eſſe
beneficia, quàm ut ullum meū poſſit hæc demerere obſe-
quium. Obidq; petere abs te aliquid uix auſim, quum tu
ea prius dederis quæ rogare uerecundia erat, adeo in meli
berabiliter beneſice adeo effundi ſoles, non Cardinalis pri
mum aut Archiepiſcopus, ſed olim etiam, his haud dum
poteſtatibus præditus. Hinc ego non exultem? hinc me nō
fortunatum iudicem? Aut cum ille dixerit,

Principibus placuiſſe uiris non ultima laus eſt,

Ego non eximiam meam fœlicitatem agnoſcam, quod tibi
non Principi modo, ſed ſummo etiam, uon Epiſcopo tan-
tum, ſed & Archiepiſcopo, ideſt epiſcoporum Principi, &
Cardinali, ideſt è paucis in quibus tanquā neceſſarijs qui-
buſdam cardinibus Romana uertitur eccleſia, uni, ſic pla-
ceam, ut me placere intelligant multi? Quod faxit deus
OPT. MAX. ut nobis perpetuum ſit, quo uideant hoīes
nec ineptum fuiſſe hoc tuum iudicium, nec me indignum
quem tu ſic complectereris, ac iſtis ilia rumpantur indocte
doctis, qui nos, qui literas, non tam publico ſtudiorum in
commodo, quàm fœdo Principum Germanorum dede-
core, tot iam annos impune perſequuntur, quando tibi au-
res, tibi oculos eſſe uidebunt, ſuam extremum periclitari
barbareim, ſe, ut ignauum pecus, prædatores fucos, id eſt
non inutiliter tantum ſtudioſos, ſed ſtudiorū adhuc per-

 niciem

niciem à melliferarum apium aluearibus, idest à fructu=
osissimarum disciplinarum cultu, & fortiter arceri, & lon
gum exulare cognoscent. Possumus enim nõ optime pro=
spectum nobis dicere, cum tu tantus patronus, tam benig=
ne nobis arrideas: cuius rei primum Germaniæ documen
tum ex me prodijt, quem tu in familiaritatem & in sinum
adeo tuum cum acciperes primum, obscure sentiebas, quæ
doctorum hominum expectatio, quæ opinio, quod iudi=
cium esset: & non tacite mussitabas tecum ipse Vergilianũ
illud:

Feret hæc aliquam tibi fama salutem,

Sic est profecto, fuitqúe non minus iucundum tibi, quod
uideres haud indigno loco positum tuũ beneficium, quã
mihi plausibile quod ex illa communi studiorum iactatio=
ne, tutum & salutarem inuenissem otio meo portum. At=
qúe inter cætera, quæ familiari sæpe uultu confers mecũ,
bene sperare nos iubes, hoc promittens quantum in te sit,
munitam hanc nobis ad id quò tendimus uiam esse, qua
tua gratia fretus, ausum iam ut insultare barbaris, ita ad
res pulcherrimas excitare æquales, & quoties aliqua in=
cumbit persequutio, ad te ueluti, ad commune quoddam
bonorum asylum, uocó ex bonis aliquem, hoc magni ite=
rum poëte ingeminans,

Huc tandem concede, hæc ara tuebitur omnes,

tanto, quod uidemus, fructu, ut iam multos hinc erexerim
quosdam illinc impatientissimo suo fremitu abiecerim ac
depresserim. En te unum igitur omnino, aut certe ex pau=
cissimis unum cui ego oculos, cui intellectum esse dicam.
Quod de te scribere, quia neq; pro tempore est, atq; is est
tuus candor, ut quamlibet etiam laudem immodicam ex=
istimes facile ad præsens supersedeo, quod caput est in cul
cans tibi, hoc munusculum gratanter ut accipias, quod et=
si exiguum est, tanti à me fit tamen, ut magnum quid per=
didisse me, si de uulgo amicorum dedicem id alicui, arbi=

trer. Nam cum rem ibi tractem meo iudicio permagnam,
non nisi magni illam uiri auspicijs egredi uolebam. An nõ
præclarum existimare licet, quicquid id est, quod non mi
hi tantum, sed aliquot præterea millibus, ex summa despe
ratione manifestam peperit salutem: Nisi ita colendus est
animus, ut corporis adminiculum pro neglecto penitus
habeatur. At ille Appollinis oraculo sapiens iudicatus So=
crates, inter pauca bonam corporis habitudinem in uoto
habuit. Pyrrhus clarissimus Epirotarum rex, idem à dijs
precatus legitur, & communi omnium consensu sapienter
orare creduntur qui orant,

Vt sit mens sana in corpore sano.

Próinde hunc maxime campum mihi delegi hoc tempore
in quo hæc qualis qualis est uena procurrat, si non ut de=
bet, saltem ut potest, cum illius te præmoneam. uulgo triti,

Vt desint uires, tamen est laudanda uoluntas,

si quo impetu quæras, hac dico ratione, ut cum atrocis iam
pridem inimici, crudelis Tyranni, immane facinus, dete
stabilem iniuriam, iniquissimum factum, stilo illustraue=
rim, idq; miserrimo meo tempore, nefas esse putem, hoc
committere, ut diuinum hoc beneficium, hoc cælo delap=
sum auxilium, iam restitutus mihi, iamq; ualens ac uege=
tus, quacunq; possim ingenij ope, ab obliuionis iniuria nõ
uendicem. Vbi quid refert sæpe declamatũ à me prius dice
re, quantã ego peccuniã curando hoc morbo elocauerim:
Quas torturas, quæ supplicia sub Chirurgicis exhause=
rim: quas cruces tulerim: Quantum mihi uirium ex medi=
corum inscitia deperierit, cum tuo hæc gemitu testatus,
iam sæpe & apud multos sis. Non immensum hoc mihi ex
istimandum igitur est, potuisse restitui ex morbo, in quo
non solum dolores passus sum acerbiores, quàm ut in his
uiuendum fuerit, sed fœditate etiam tanta fui, ut omnium
prope rerum ipsum me ægerrime tulerim: Age aũt, quod
fuit uitæ ibi periculum: Quàm putabant homines actum

de Hutteno? Tu uero quàm non frustra dicebas te, si com-
modius ualerem, uti mea posse opera? quod effectum cũ
sit, & depulsa omni inualetudine, uires ita receperim ut de
nouo factus ac renatus homo uidear, non applaudam ipse
mihi, in eius rei commemoratione, quæ hanc salutem præ
stitit? Non iucundum hoc mihi opusculum erit, qui facio,
& nõ charissimus cui illud dono? Vbi quidem unum hoc
hæsitabam, ut acciperent homines hanc descriptionẽ. Ve-
rebar enim ne essent quibus monstra nuntiare uiderer, &
cum ea sit hæc medicina, ut multorum eam fides respuat,
medicorum placita non agnoscant, metuebam posse fieri
ut non fabulam putarent aliqui effingi hanc à me, aut dum
rem incognitam tracto, hoc credant, in restitutæ mihi uale
tudinis iactationẽ effusius progredi. Neq; ita curiose quẽ-
quàm hæc tractaturum puto, ut neget in Guaiaci descrip-
tione librum à me fieri oportuisse, cum Brassicæ uolumẽ
dicauerit Chrysippus, eamq; immenso plus, ut inquit Pli-
nius, laudauerit M. Cato, & de Raphano librum scripserit
Marchiõ Græcus, de Scylla Pythagoras. Quod si pro dijs
olim coluerunt Allium & Cepas Aegiptij, ego non adorẽ
Guaiacum? Profecto indignum nihil facio, immoderatũ
nihil. Vbi ferre apud te iudicem possum illum mirabiliter
probum, & quo alius syncerior fieri non potest, Henrich-
um Stromerum, tibi à medicinis, ita, ut eum patiar libelli
huius Aristarchum abs te constitui, non tam quia mihi cõ
sentientibus per omnia sensibus uirum esse scio, quàm tui
charitate, quia mirifice flagrat, & quia hoc in uiro ut inte-
gritas est eximia, ita iudicium eminet supra uulgarem Me
dicorum sortem. Quibus etiam uirtutibus in intimis esse
tibi meruit, nouo iterum humanitatis tuæ documento,
magna uirtutis opinione. Quid restat igitur, nisi ut ob hæc
officia, hanc pietatem sanctissimorum uirorum Calenda-
rio, immortalium Heroum albo inseramus te? Sed iam ad
meum munusculum reuertar, hunc librum quo perscribẽ
do,

do, ita scias me tractare studium Medicinæ, non ut discipu
lum Medicorum agnoscas, sed ut exploratorem in his lite
ris uersatum suspicari possis. Quod cuiusmodi sit ut intelli-
gas, amabo te Optime Princeps ab istis paulisper magnis
diuersus curis, huc animum aduerte.

VLRICHI DE HVTTEN EQ. GER. DE ADMIRANDA GVAIACI MEDICINA, ET MORBI GALLICI CVRATIONE AD PRINCIPEM ALBERTVM CARDINALEM ET ARCHIEPISCOPVM, LIBER VNVS.

De morbi Gallici ortu & nomine Caput I.

VISVM DEO EST, ET
nostra ætate morbos oriri ma
ioribus, ut existimare licet, in
cognitos, Annus fuit à Chri-
sto nato post Millesimum &
quadringentesimũ nonagesi
mustertius aut circa, cum ir-
repsit pestiferum malum, nõ
in Gallia quidẽ, sed apud Ne
apolim primum, nomẽ uero
inde sortitum est, quod in Gallorum exercitu, qui illic Ca-
roli Regis sui auspicijs belligerabat, apparuit prius quàm
usquàm alibi, Qua occasioue Galli ominosam ab se appel
lationem amolientes non Gallicum hunc, sed morbum Ne
apolitanum uocant, & contumeliam agnoscunt cognomi
nem sibi pestem fieri. Peruicit tamẽ gentium cõsensus, &
nos hoc opusculo Gallicum dicemus, non inuidia quidem
gentis clarissimæ, & qua uix alia sit hoc tempore ciuilior
aut-

aut hospitalior, sed ueriti ne non satis intelligant omnes, si
quolibet alio nomine rem signemus. Mira eum statim su=
perstitio excepit, quibusdam diui nescio cuius à nomine
Meuium uocantibus, Alijs ab Iobbi scabie origenem eius
repetentibus, quem credo in Diuos retulit hæc lues. Haud
alio creditus tunc est, languisse morbo Euagrius olim Mo
nachus, cum per deserta frigus immoderate ferens, & cru=
da manducans, papulis afficeretur. Itaq; petitus & ipse ma
ximis itineribus, magno ad sacellum eius quod in Veste=
richis est, facto hominum concursu, offerentium munera
affatim. Idque ignoto eius adhuc in uulgo per Germani=
am nomine, Fiacrium dicebant enim pro Euagrio. Neq;
ut uixissent quærebāt, posse tantum iuuare credebant. Ta
les fuerunt hoc in terrore, sic ortæ hominum opiniones.
Suspensa & ad Rochum signa, ac omnium ab antiquo re=
fricata ulcera. Si studio pietatis, nō improbo, sin ut aliquid
expiscarentur, quiqui fuerunt, cōmentores, miror tanta in
publica consternatione, in tam miserabili humani generis
calamitate, cōmuni dolore, fraudi locū fuisse. Ibi tum dei
iram interpretati sunt Theologi, quem hanc malorū a no=
bis morū pœnam exigere, hoc suppliciū sumere, ac si in su=
pernum illud conciliū admissi aliquando didicissent, pu=
blice docuerunt, quasi nunquam peius uixerint homines,
aut non aureo illo Augusti & Tyberij seculo, quod Chri=
stum quoq; uersari in terris contigit, pessimi etiam morbi
cœperint. Vel hanc uim natura non habeat, ut nouos sub=
inde morbos inuehat, maximā interdum in rebus, etiā alijs
mutationē adferat. Aut uero nostra statim tempestate, atq;
hoc biennio demum, quia morati optime homines sint,
ægritudini remedium inueniatur Guaiacum. Adeo inter
se pugnant, quæ illi mentes ut sibi uidetur deorum expo=
nentes, nobis concionantur, factum deinde Medicis nego
tium, non quid tolleret morbum, sed quid faciat inquiren
tibus. Fugiebant eius porro aspectum, nedum contactu
abstinebāt, ut morbi præterea nullius. Quippe tanta fuit,
cum primum oriretur, fœditate, ut qui nunc grassatur uix
illius generis esse putetur. Vlcera in quernæ glandis spe=
ciem & magnitudinem, aspera, exporrecta, spurcus ab his
profluens humor, fœtor uero tantus exhalans ut cuius na=
res cōtigisset odor ille, infici mox crederetur. Color postu
lis ex nigro uirescens, ipsæ adspectu magis ægros quàm
dolore cruciabant. Quamquā cruciabant etiam si qua in=
flammari contigisset. Inuasit non multo post ortū, in Ger
maniam, ubi latissime quantū alibi nusquā diuagatus est
Quod ego in temperantiæ nostræ tribuo. Qui tunc astra
consulebant, septem non amplius annos grassaturū hoc
malum prædicebant, si de morbo et eius in uniuersum ap
pendicibus, falsi, Sin, de fœdissimo illo, & qui sponte non
tantum ex contagio, sed aut cœli uitio, aut ordine fati pro=
ueniebat, ueri. Neque enim septimum multo annū supra
eius grassatura fuit. Qui secutus est, & nūc passim uagat̃,
ut fœditate tollerabilior, quippe ulcusculis interdū, haud
multum eminentibus, & præduris, interdum lata quædā
ac serpens scabies, arenti squama carnem obducens perni
ciosior, ut qui altius penetrāte ueneno cōplures secū mor=
bos trahat. Hunc nulli hoc tempore adnasci, nisi contagio
qui se polluerit, credibile est, quod in concubitu maxime
solet euenire. Vnde pueros rarius & senes, aut alio qui coi
tus expertes occupat. Facilius quātoquis salacior, & in ue
nerem promptior Iam quos corripuit, ut quisque uiuit, ita
eum aut cito deserit, aut diu tenet, aut in totum consumit.
Omibus in Italia & Hispania, ac sicubi præterea sobrij sūt
homines, mitior, nobis propter crapulam & uictus intem
perantiam, ut diutius inhæret, ita comprehensos infestissi
me torquet, acerbissime adfligit.

DE CAVSIS MORBI
huius Caput II.

LAtentium eius causarum nōdum definita à Medicis questio est, at misere diu iam agitata, & summa discordia cōuersata. In hoc conuenere omnes, quod intelligere promptū est quodā insalubri aeris, qui eo tēpore fuerit, afflatu, corruptos lacus, fontes, fluuios, ac ipsa etiā maria, Inde terrā contraxisse uenenū, infecta pascua, uenenatum demissum ab aere uaporē, inde hausisse spiritū animalia. Repertus est enim in quibusdam alijs etiā animātibus hic morbus. Huc Astrologi ex syderū motu ratiocinati in coniunctionē, quæ fuit pauloāte Saturni & Martis, ac binas solis echlipses causam eius reiecerunt, oportuisse dictitantes præsagire hæc, morbos pituitosos & biliosos, longos, tenaces, lentos. Quales sunt Elephātia, lepra, impetigo & quælibet pessima scabies, ac pustulæ, & si qua sunt corpus deformātes, & Podagra ac Chiragra, Paralysis, Ischia & articulorū dolores, ac similia incomoda. Magis autē Septentrioni id destinatū, ꝑpter Aquarij singnū, quo prior echlipsis inciderit, & Occidēti propter pisces, quod posterior attigerit, dicebantq; Medici ægritudinē esse à malo intus succo & uitiosis humoribus, melancholicis, adustis, aut flaua bile, uel pituita, siue salsa, siue adusta, & ipsa aut aliquot horum uel omnibus etiā simul permixtis, quorū acore extra ad corporis superficiē eunte, aduri cutem & exulcerari, aut uero à crudis, lentis & crassis in artus propelli, eisq; dolorem cōcitari, tumores surgere, tubera innasci, nodos colligi & sinuari cutem, supra etiā caput infestari. Vniuersim pristinā corporis constitutionē alterari. Quidā breuiter ex infecto sanguine, corruptoq; & adusto, luem hanc oriri dictitibāt. Atque hæc incōprehensibili eius adhuc natura disputabātur ambigue, nunc cōperta ratione approbantur etiā. Iuuatq; morbum hūc putare aliud nihil esse, quam deprauati sanguinis quādam suppurationem, quæ post in tumores & nodos cōsiccata induretur, & cuius sca

turigo quasi quædam à male affecto pulluletiocinere. Amplius quæ sit eius natura, qui status ac qualitas, quātæ iam diu, quām odiosæ quæstiōis est? Quæ cōcertatiōes? Quot opiniones? quām anxie disputatæ? Atque hoc præcipue in morbo, quantū nostra ætate laboret Medicina, compertum est. Silebāt ab eius ortu, totum in Germania bienniū Medici. Inde in prima me tum pueritia constituto, curā cæperūt, qua fruge, docuit euentus. Ausi tamen sunt exotica miscere nobis, & multa quæ minime oprrtuit inculcare. Memini tūc à Pisorum esu interdictum quibusdam locis, quod in his uermiculi nascebantur alati. Vnde infici crederetur, & carnis porcinæ, puod illud potissimū animal, aut hoc aut quodā huic non absimili ulceris genere laborabat.

IN QVOS MORBOS DERIVETVR Gallicus, Caput III.

LEuem hanc luem faciunt quæ consequūtur eam atrotiora. Ita in multa deriuatur enim hoc malū, ut in uno in esse morbos omnes uideri possit. E quibus est acris articulorū dolor, primū quidē simplex, deinde quæ dolent extumescentibus mēbris, nōnullis quæ intumuerunt collectiones & tubera, ubi paulo post obcalluerūt, dici nō potest, quos intra se cruciatus alāt, pessima hæc em̄ morbi huius pars est. Nā hanc sibi ueluti arcē deligit ubi diutissime persistat, ac unde in uniuersum corpus, oīa dolorū genera dispergat, & iaculet, tāto maiore cū afflictiōe, quāto suppurationē tardius accipiunt huiusmodi tumores. Omniúque miserrie torquet ac lacerat hic cruciatus. Mihi tale quoddā tuber supra talū sinistri pedis introrsum, postq; semel callū induxerat, octo totos annos, nulla perūctionum ui, nullis fomentis emolliri, aut ut suppuraret cogi potuit. Videbaturq; os id esse, donec Guaiaci nuper medela dissipatum euanuit. Manent & mulieribus intra pudēdas par-

tes ulcuſcula, miri diu ueneni fomenta, atque ea tãto per-
nicioſa magis, quanto minus oculis eorum, qui caute mu
lieribus congredi uolunt, ſubijci patiuntur. Et uel iccirco
peſtilentiſſima eſt hæc morbi pars, quod in ea uitare mor
bum non licet, cum huiuſcemodi mulierũ leuiſſima non-
nunquam & immundiſſima ſint corpora, contrahuntur
& nerui ac indurantur. Non nunquam diſtenduntur &
laxi fiunt ac rigent. Interdum morbus in meram Poda-
gram exit, Quibuſdã in paralyſim ſoluitur & Apoplexi-
am quæ dicitur, multis Lepram induxit, creditumque eſt
finitimos inter ſe morbos eſſe, tum quibuſdam ex cauſis,
quæ utriq; malo communes ſunt, tum uero ex euentu,
quod in hanc ille frequenter tranſmittat ægrum. Sæpe etiã
quaſi febricitaturi ita inhorrent homines ex doloris acer-
bitate. Naſcũtur & Vomicæ quæ in Cancrũ aliquando &
Fiſtulam abeunt, aut manantia diu ulcera, quæ in tantum
frequenter putreſcũt, ut oſſa etiam denudent primũ, quæ
deinde cariem contrahunt, & magno cum periculo uitian
tur. Quinetiam lentiſſimæ cum ſint morbi huius reliquiæ,
ita emacreſcunt aſſiduitate mali homines, ut intima oſſa
omni cõſumpta carne, laxa cutis tegat. Hinc Pthiſici fiunt
interraneis tabo iam tum defluentibus. Generatur & ca-
cheſia plurimis, & aquam intercutem ægri contrahũt, non
nullis exulceratur ueſica, & ut plurimum iecur ac ſtoma-
chum in totum perdit hæc ægritudo. Verum ibi falſum
hoc eſt, quod uidetur quibuſdam tubera, collectiones, ſi-
nus & nodos non eſſe huius morbi propria, aut neceſſa-
rio eum conſequi, ſed prouenire, his qui perũcti ſint, ex
argenti uiui malitia. Quamquam in hac opinione magna
per Germaniam medicorum pars, in hunc uſque diẽ per-
tinaciſſime hæret. Sed hi quotquot ſunt, ut in alijs de hoc
morbo multis turpiter falluntur, ita hoc temere perſuade-
re conati ſunt. Nam contigiſſe hæc quos nulla unquam
tetigerit perunctio, ipſe uidi multis & in his Vlricho de

Hutten patri meo.

QVA PRIMVM MEDICINA RE ſtitum huic morbo ſit. Caput IIII.

IN HAC MEDICORVM CONSTER
natione his erroribus ingeſſerũt ſe Chirurgi
ci manũ admoliẽtes, ac primũ cauſticis exu-
rere ſcabiẽ conati ſunt, deinde quia imẽſum
erat ſingula cõtingere, toties admoto medica
mine, ulcera, excogitauerunt unguento reſtinguere eum.
Hoc aliter faciebãt, uerum nullo quiſquã effectu, argentũ
uiuum qui non addidiſſet. Cœdebant in hunc uſum pul-
ueres Myrrhæ, Maſticis, Cæruſſæ, baccarũ lauri, Alumi
nis, boli Armeniæ, Cinabaris, Minij, Corallij, ſalis uſti,
Viridis æris, Scoriæ plumbi, plumbi uſti, Rubiginis ferri
Reſinæ uulgaris, & Terebinthinæ Oleorũ optime omniũ
laurinũ, deinde ſimplex Roſaceũ, Terebinthinũ, & mag-
no effectu Iuniperinũ, ac Nardinũ. Adipes, Suillus, Anſe
rinus, Vrſinus, humanus, melinus. Item pingue ex ungu-
la bouilla, Butyrũ præſertim quod menſe Maio coactum
eſſet, medulla cerui, ſepum hircinũ, ceruinũq;, mel Roſa-
ceum, & quod uirgineũ uocant. Vermes terreni in pulue-
rem piſti, aut oleo macerati, ac contuſi, Camphora, Eu-
phorbiũ & Caſtoreũ. Atque harũ rerum tribus, aut quat-
tuor, aut pluribus nonnunquam miſtis ungebant brachi-
orum & crurum iuncturas, aliqui & ſpinam ac ceruicem,
nonnulli tempora etiam, item & umbilicum atq; iterum
alij uniuerſum corpus, Quibuſdam ſemel die, quibuſdam
bis, nonnullis tertio iterum die, aut quarto Claudebatur
æger in æſtuario quod calebat aſſidue atq; intenſiſſime,
alij uiginti, triginta alij totos dies, nonnulli plures perun-
ctum lecto, qui intra æſtuarium ſternebatur, apponebãt,
ac multa ſuperiniecta ueſte ſudare cogebãt. Ille uix iterũ ac
cepto unguẽto cœpit langueſcere, mirũ in modũ, tanta un
guẽti uis erat effectus, ut intra ſtomachũ qđ in ſummo cor

pore morbi fuisset compelleret, inde sursum ad cerebrum,
unde per gulam & os defluebat morbus, tāta, tam uiolēta
iniuria ut dētes deciderēt, qui nō accurate ori intendissent.
Omībus certe exulcerabantur fauces, lingua & palatū, in=
tumebant gingiuæ, dentes uacillabant, sputum per ora sine
intermissione profluebat, omni protinus fœtore olentius,
tanto contagio, ut quicquid alluisset statim inquinaret ac
pollueret. Vnde & labia sic contacta ulcus trahebant, & in
tus buccæ uulnerabantur. Fœtebat omnis circa habitatio,
atq; adeo durum erat hoc curationis genus, ut perire mor=
bo complures, quàm sic leuari mallent. Quanquā uix cen
tesimus quisq; leuabatur recidiuo ut plurimum ægro, cum
uix paucos ad dies duraret eius iuuamentum. Quo argu=
mento intelligere licet hac in ægritudine, quid ego tulerim
undecies curationem eam expertus. Tanto periculo, tam
acerbo discrimine, cum hoc malo nonū iam annū luctor,
non segnius interim & alia quibus obsisti morbo putabat
aggressus. Nam & balneis curabamur, & herbarum fotu
ac potionibus, & erosione ulcerum. Ad quem usum adsu=
mebatur Arsenicum, Atramentum, calcantū uiride æris,
aut aqua quæ fortis uocatur, tanta cum doloris acerbitate=
ut credi possint nimis uiuendi cupidi, qui nō mori malue=
rint, quàm sic uitam proferre. Sed acerbissima omniū fuit,
quæ perunctione fiabat curatio, & in ea miserrimum hoc,
quod qui sic medebantur medicinā ipsi non callebant. Ne
que enim chirurgici hac tantū utebantur, sed ut audacissi=
mus quisque aut in aliis uiderat, aut ipse tulerat, ita circui=
bat medicum agens. Vno quopiā ad omnes unguēto ute=
bantur. Et ut ille ait, Vno calceo omnes calceabāt. Vno col
lyrio omnes sanabant. Siquid accideret interim ægro, con
silij inopia, quid suaderent non habebant. Ferebanturque
latrones, ut in publico errore, cum obmutescentibus medi
cis experiri omnibus, quid uellent, liberum esset. Itaq; nol
lo ordine aut præscripto, nisi quod æstu ac uapore crucia=
bant.

bant, similiter omnes, nullius neque temporis, neque cor=
porū qualitatis habita ratione curabantur ægri. Neq; in=
scij perunctores, materiam quæ morbi causa esset, ducta al
uo subtrahebant, aut circa esum ac potum temperantiam,
aut ullum uictus discrimen indicebant. Tandem eò incō=
modi res ueniebat, ut dentium usus adimeretur, ipsis uacil
lantibus. Os alioqui totum uno occupante ulcere, cibi ap=
petentiam, frigefacto stomacho, & turbante fœtore, amit=
terent ægri. Cumq; sitis esset intollerabilis, tamen quod ad
stomachum faceret potionis genus nullum inueniebatur.
Multis ad uertiginem, quibusdā ad insaniam usq; infesta=
batur cerebrū. Tremebāt inde non manus tantum, sed pe=
des etiam & uniuersum corpus ac lingua balbutiem trahe
bat, nonnullis immedicabilem. Multos in media acurati=
one interire uidi, & quendam noui sic medentem, qui tres
una die uiros agricolas, cum intra hypocaustū plus æquo
æstuans cōclusisset, ac illi salutis quam sic adepturos se spe=
rabant, studio, patientius quàm par erat consisterent, do=
nec defectis per caloris uehementiā cordibus, mori nō sen
tirent, misere iuiulauit. Alios uidi intumescente ad fauces
gutture, quū exitum nō haberet, sanies primum, quam in
sputo deijci oportuit, deinde ipse etiam spiritus suffocari,
quosdam cū meiere non possent, mori. Omnino pauci cō=
ualuerūt, atq; illi hoc periculo, hac amaritudine, his malis.

Quibus ego præsidijs fretus hoc in morbo sim Cap. V.

VSus ipse sum, quoties quidē perungerer, pro
pulsandis quæ ori accidere possent, solo Alu
mine, quod in bucca continebā, hinc inde uo
lutando dum colliq́sceret. Vbi uero obligan
dis ulceribus, & fouēdis artubus, dāda ope=
ra, fomēta usurbabā herbis, Absinthio, Camomilla, hysso
po, pulegio, Arthemisia Saluia, et huiusmodi ex uino et aq̄
decoctis

decoctis. Ad ulcera uero oli quidē Eyteluolfo suadēte unguento, qđ alumine, uiridi æris, melle purissimo & aceto ptibus peromĩa æqualibus cōpnebā. Nuper quod à gregario in Italia milite didiceram; aqua calcis quam sic parabam, Aquam puteanam aut fluuialem puram in uase nondum alio liquore imbuto coquebam, eam cũ feruentissime bulliret calci uiuæ (ea est quam aqua nondum contigit) superfundebam, in labro aut cupa lignea mũda, necdum inquinata. Sic dissoluta primũ calce, deinde quiescere permissa ubi ea in fundo consederat, quæ in summo natabat, spumā exemi, Calcem non moui, in medio relictam aquā lympidissimam defudi & ad usum reposui. Cum uti uellē sphongia aut linteolo intincto nōnũquā ut potui & plerũq; calida fouebā ulcera, eluendo, ac saniē detergēdo. Deinde linteoli partem sic cōmadefactam apposui, ac ulcera colligaui, ui huius aquæ cessabant dolores & tumor residebat. Vulnera emundabātur & calores, ac inflāmationes arcebantur, quodam cum miraculo, cum incendat alioqui caloris sui uehemētia calx uiua. Quod apponi his in casibus posset efficatius inuentum nihil habui. Visumq; est uno hoc præsidio fultum me, sæuissime grassante iam tũ morbo, imminentē perniciē declinasse. Vtebar & Cassia aluũ subducere siquādo liberet, & sudabā non raro, ac sanguinem mittebam, de tracto eo per cucurbitulas sæpe. Monitus etiam in Italia miræ hoc esse efficaciæ, solitus sum resinam Therebinthinā edere mane nucis Iuglandis magnitudine. Hoc emēdari sāguinis uitia clamabant, quod nescio quale sit & uentrem emoliri ac stomachum iuuari, quod utrũque experiebar. Aiebant & neruis mederi eā nō modico effectu, & artus confirmare. Atque his modis, simul cibi et potus abstinentia, & uitæ parsimonia, multa effugi quæ me tanto tempore, tam iniquo peregrinantē, ut plurimum, & rerũ penuria aduersa multa, adire coactũ, nũquam mihi constantem, inquietum semper, ac turbatum,

conficere poterant. Idq; effeci, ne quis mihi adhuc neruus cũ tot profundis ac malingnis ulceribus adederētur tibiæ læsus sit, ne quod os uitiatum, nequando faciē corripuerit morbus, in ore & lingua ne quid uitij cōtigerit, interanea seruata ut sint. Nam et à stomacho iniurias propuli, & iecur alia rarissime ope defēdi. Sed his auxilijs sustinere morbum potui extinguere nō potui. Et lenire dolores, nō causam doloris ex cindere hoc erat, differre perniciem, nō auferre. Præsentius ē Guaiaco, cui nunc describendo animũ adieci remedium, immo ex uno salus.

GVAIACI DESCRIPTIO ET EIVS inuentio ac nomen, Csput VI

QVod si bonorum pariter malorumq; sursum imputanda ratio est, quantũ superis de Guaiaci beneficio debemus? Aut quanto hæc benignitas lætior, quā illa tristis pœna? Trāslatus eius è Spagnola insula ad nos usus est. Ea in occidente, iuxta Americam, atq; adeo ea parte sita est, qua America longitudine in Septētrionem desinit, simul cũ illa superioribus annis, inter nouas terras, & antiquis incognitas reperta. Ipsius Insulæ omẽs morbo Gallico aliquando laborāt accolæ, quēadmodum uariolis nos. Neq; alio contra remedio utũtur. Nobilis quidam Hispanus cũ Quæstor in prouincia esset, ac morbo ipso grauiter affligeretur monstrata ab Indigenis medicina, usum eius in Hispanias attulit, primũ anxius, ne nō trans mare, qualis in insula, esset eius effectus. Nolebant cōmendare ipsum Medici, tãtum uidētes questui suo decedere, donec se intruserũt ultro & ipsi hāc in curā, tanta statim arrogātia, ut negēt restitui, qui trāsitis eorũ præscriptis Guaiacũ insũat. Quod miror quomodo alicui persuadeāt, cũ sit cognitũ nullos fuisse unquā illa in insula medicos, Guaiaci usũ sēper fuisse Sed qd negotij medicis hac in curatione esse cōueniat, post

paulo dicã. Nunc de re propoſita. Nomen ei fecerunt Gua
iacũ. Sic enim litteris illud latinis, quod cũ hiatu HVIA-
CVM pronunciant Inſulares, ab ipſorũ ideomate excepe
runt Hiſpani. Nam mihi narrauit Auguſtæ Paulus Ricius
auditum ſibi ab Hiſpano, qui in inſula fuiſſet, primam no-
minis ſyllabam non Gua proferri à Spagnolenſibus, ſed
exigere hoc gentis linguam, ut quæ latini ſic ſcribant, ipſi
non g litera ſed u cum flatili pronuncient ut ſit Huaiacum,
apud eos triſſyllaba item dictio, nõ Guaiacum. Poſſumus
& magnificam aliquam indigere illi appellationem quem
admodum Philon Medicus, Alexipharmaca ſua deorum
manus appellauit, & hodie medici, magna compoſitiones
ſuas iactatione, uocãt manus Chriſti, Apoſtolicon, gratia
dei, Antidotum paulinum, & id genus ſuperſtitioſe inditis
uocabulis. Aiunt creſcere, qua apud nos Fraxinus, proce
ritate, arborem teretem, ac nuces gignere caſtanearum for
ma. Materia eius unguinoſa eſt. Color qui buxo, ſed nigre
ſcens, Atq; id optimum putant, in quo quãplurimũ nigri
eſt. Verum ita quod buxeũ eſt, ab eo quod nigrũ differt,
ut hoc intus, illud extra ſit. Aut planius dicendo, ut medul-
la nigrum ſit. Põderoſiſſimũ eſt ipſum lignum. Itaque nul
la eius quãquã minutiſſima pars in aqua fluitat, ſed conti-
nuo mergitur & ſubſidit. Duritiæ robur omne ſuperat. Tũ
prædurũ eſt, ut quã minime hiet. Neque enim adhuc uidi-
mus, quod rimas traxiſſet, & qui uendunt, ſatiſcere negãt.
Vritur ac inflãmatur, odore non inſuaui. Ab accenſo gum
mi profluit, quod nondũ ſcimus, quẽ in uſum cedat. Sub
nigrum eſt, & ſtatim poſtquam deciderit per durum. Cor
tex haud ita denſus, ſed immodice durus. Quibus indicijs
animaduerſis, fieri poſſe haud credo, ut qui id adulterent,
lateãt emptorẽ. Nam ut coloris diſcerniculo fallatur quis,
in quo uno omnia hæc conuenire poſſunt? Piguetudo re-
ſinaceũ quiddã ſpirãs? põdus quale nulli præterea ligno?
deinde hoc quod defluit ab inflãmato? Et uix ſecabilis eius

durities? Et quod in aqua minutiſſime etiam inciſum non
ſupernatat? Et ſapor qui ſemel cognitus nunquam errare ſi
net? Nequam ingratus eſt ille omnibus, mihi etiam iucun-
dus. Non durare aiunt, & decoctũ eius in æſtate, poſt ter-
tium ſtatim diem muceſſit, in hyeme paulo ſerius. Itaq; eli
gendũ, quod quã maxime pigueſcit, & põdere ualet. Eius
eſt enim ſenecta leuitas & macretudo. Efficaciæ ab hac de
ſcriptione cauſas, longa diſputatiõe, ſi uidetur, medici tra-
hant. Ego potius quod ſic gaudeo, quàm quale ſit inquiro
Quãquã multũ fateor illos mereri, qui primũ cognitã eius
per omnia naturã, nobis tradent. Nunc uero ſunt nonnul-
li, qui quaſi omnia rei indagarint ueſtigia, ita ab his notis,
uirium ſtatim eius rationẽ expẽdunt. Id quod immature fi
eri ab illis reor, ſic exiſtimans, ut in omni uniuerſim medi-
cina, ſic in hac etiam poſt inuẽtã eã cognitumq; eius uſum
deinde quærendam rationẽ. Sed iam de uſu, & quomodo
præparari ad medicnam ipſum conueniat.

DE PRAEPARATIONE GVAIACI IN MEDICINA Cap. VII.

PRæparatur hunc in modũ. Lignũ oportet
primum in fruſtra, quantũ licet puſilla com
minui, quidã ad tornũ hoc faciũt, deinde ra
mẽtũ ipſum ſtatim commadefaciũt. Alij qđ
deraſum eſt prius terũt, aut piſtillo tũdunt
ut in ſcobẽ plane & puluerẽ redigatur, quo penetratu faci
lius ſit, ut eius excoquatur uis. Quod neſcio an aliq referat
Vidi q ſerra cõſcinderẽt prius, deinde partes diſſecatas li-
ma attererẽt, ipſam tãdẽ limaturã aqua miſcerẽt. Verũ, qc
quid id eſt, aut deſculpta fruſta, aut elimatã ſcobẽ, aut cõtu
ſum puluerẽ, põdere unius libræ, in aquæ fontanæ, aut flu
uiali, aut ut ego puteanæ, libris octo, diẽ & noctẽ macerãt
deinde percoquũt, lẽto uapore, in olla uitreata noua, & di
ligẽter elota, ad prunã horis ãplius ſex, dũ ad dimidiã ptẽ
ſe imminuat, magna cura & attẽta cuſtodia, ne nimio calo

re ebulliat. Nã quod exũdauerit, multũ de ui perdere aiũt,
& minus eſſe efficax Ob idq́ ad flãmã coqui nõ ſuſtinet,
& prunã quoque modicã petit, ac ollam quæ nõ repleatur
ſed cuius tertia prope pars uacet. Spuma quæ inter coquẽ-
dum innatat detrahitur, ulcerum quibus obungitur medi-
camẽto. Nam uim ei ineſſe deſiccatoriã efficaciſſimã com
perimus. Sic decoctũ ubi percolauerint, in ampullam ui-
tream defundunt, deinde ex relicta denuo ſcobe, cũ libris
octo, quandã quaſi loram aut tortiuum percoquũt, Hoc
tenue ad cibum potui dãt, prius illud medicinæ loco ſor-
betur. Atq́ adeo totũ hoc, quod nos tanto tam graui mor-
bo liberat, decoctum illud eſt. Hoc rei caput, hic cardo in
quo ſalus noſtra uertitur. Neque tantũ non indiget alteri-
us permixtione ullius, ſed miſceri etiãnum ut paulo poſt
oſtendã, non ſuſtinet. Cæterũ aquã ad hoc quæri, leuem &
lympidam uolunt quidã. Alij dulcem omnẽ admittũt in-
differẽter, quod in coquendo qualis qualis ſit depuretur.
Cuſtodiã eam circa cocturã, ne exeſtuet, aut efferueat, ad-
huc neceſſariã omnes putant, iubentq́ bene obturari, eſſe
ollam, ne quid etiã deſpiret. Ea, ubi ſentitur, prouenire ſpu
mam, leniter aperitur, illa exempta recluditur. Quod in ui
tro reponendũ curant, tantum eſt, in perſpicuo ut ſit, et me
lius, quia emundantur uitrea. color decocto eſt, qui aquæ
ex limo modicũ turbatæ. Intinctum linum uirideſcit, mira
ſpecie. Sapor primũ guſtãtibus ſubacidus, paulatim aſſueſ
centi iucundus. Auſi ſunt mellis indere in librã uncias IIII
medici. Quod ut non improbo, ita neceſſarium eſſe nego.
Velimq́ ubi non oporteat, nihil addi rei per ſe tantæ. Quid
enim nauare operam ubi non opus eſt, iuuat? Neq́ ita
grauis Guaiaci ſapor eſt, ut melle tẽperai poſtulet Immo
ſi per medicos liceat, nulli non gratus. Quanquam quid
oportet medicos dicere, ubi de nugatoribus ſermo eſt. Nã
qui docti ſunt, qui que periti, qualis ó Princeps tuus ille
et amicitiæ cauſa meus etiam Stromer, atq́ item Coppus,
&

& ipſe á medicinis tibi qualis, hi intelligunt, quám non
conueniat, aut incognita tractare mutando, aut his addere
quibus nondum deeſſe aliquid compertum eſt. Id quod
Stromer, ſermonẽ habẽtibus nobis de Guaiaco Aguſtæ,
cum multi ante ſuaſiſſent, ut me curationi huic cõmitterem
neque ulli ego cederem propter rei nouitatem, multis gra-
uiter, ut ſolet uerbis deſuper habitis, uereri ſe dixit saluta-
rẽ Guaiaci uirtutẽ, ne qua ſuperuacua indoctorũ Medico
rum additio infamaret, quod ſi non fuerit, tamẽ exploratũ
habere ſe, nihil poſſe aduerſus hunc morbum ſalutarius in
ueniri, effecitq́ ut me incũctãter et nulla interpoſita mora
in Guaiaci experimẽtũ præcipitẽ ſtatĩ abijcerẽ. Quare hoc
ſemel iam prædictũ in uniuerſũ ſatis eſſe uolo, de Medicis
hoc in opuſculo, quoties conquerar, hos me putare qui nul
la eruditione, nulla peritia ſolo ſe titulo, & empto Docto-
ris nomine uulgo uenditãt. Qui græcas pariter ac latinas
ignorant literas, cum in nulla magis profeſſione, opus ſit
literis ac eruditione, qui cum indoctiſſimi ſint, facile Ger-
manorum ſimplicitate abutuntur, quando de nullius paſſi
doctrina in dubium uenit, qui quidẽ Doctoris ſit nomine
inſignitus. Quorſum hæc tam multis? Vt me tuerer apud
te princeps optime, contra eos, qui hac animaduerſa occaſi
one poſſent, ut æquo plus mordacẽ apud te deferre. Quod
cũ nuper facerent, de iurecõſultis & Theologis, quorum in
ſtudia aiebant immodeſtius inuectum me, cum ego indo-
ctos ibi tantũ, & eos adhuc malos etiam hac litererum ſtu-
dijs infenſos & acerbiſſime inimicos, momordiſſẽ, id effe-
cerant ut me boni multi, iniquum ſibi putarent, cũ id á mo
ribus primum meis, deinde ab inſtituto etiã eo in quo uer-
ſabar, longiſſime abeſſet. Quod cum te non ignorare ſciã,
miſſos facio circũforaneos perunctores, latrones Medicos
atq́ illos etiam indoctos doctores, ad Guaiacum redeo,
cuius in medicina uſus ſic habet.

QVIS SIT CVRATIONIS huius Modus Cap. VIII

IN conclaui res idest æger aëri minime, nedum
uẽtis obnoxio, ubi ignis continuo sit aut ut in
Germania, intra æstuariũ, nõ quod sẽper qui-
dem caleat, sed ab aëre tantũ quod monitum
& occlusũ sit, nequis eũ omnino adspiret aër, toto curatio
nis huius tempore, cauendũq; etiã frigus. Itaque in hyeme
si experiatur quis, uel autũno, curare eum oportet, ante lu-
cano præsertim tẽpore ignis ut sit, qđ tunc intẽsius est fri-
gus, fenestrarũ si quæ sunt rimæ, gipso aut calce explendæ,
ostio cænaculi, uelũ aut tapetes obtendũtur, intus & foris,
ne ingrediatur aut exeat, aërẽ intromittat. Sic instructo,
paulatim cibus subtrahitur, primo quarta pars eius, quem
sumre cõsueuerat, deinde tertia, post paulo dimidiũ, ut esu
rire discat, & uinũ detur aqua ualde dilutũ, ibi tũ aluus du
citur, medicina indita purgatoria, siue cũ delectu ea suma-
tur, quæ satis putetur ad præscindendam causam, aut exi-
mendã materiã, quæ morbũ fouet, siue simpliciter talis, ut
inanem reddat uentrẽ. Nam hoc tãtũ quæri uideo, quo cu
rato statim opus hoc auspicari licet, huncin modũ. Prius
illud & ualentius decoctum, bis die propinatur, tepidũ, cy
atho uno, mane quidem ad quintam uel iuxta horã, noctu
octaua. Porro cyathum uocamus, dimidij libræ unius ca-
pax poculũ. Qua ratõne colligere datur, ut cũ ad decocti-
onem unius ligni libræ, infundãtur aquæ octo, & inter co
quendum eius dimidiũ consumptũ oporteat, ac libræ quat
tuor supersint, bisq; de una potetur, ut unius libræ Guaia-
ci decoctio in quattuor dies sufficiat. Inoleuit hoc enim a-
pud Medicos, siquores etiam ad pondus ut metiantur, ob
literatis in totũ mẽsurarũ nominibus. Bibitur raptim, sine
interspiratione, post bibitũ interquiescẽdũ horis amplius
quattuor, & duabus quidem primis contectũ esse oportet,

ut caloris ope digesto, in artus medicamento, noxiũ quid
exudet æger, quod quanti momẽti sit, dicã suo loco. Quin
etiam hora antequã bibat tota, iubetur contegi ut calescat.
Sunt qui negẽt ante quintã post acceptum poculũ horam,
e lecto surgendũ, cibus sumitur medio non prius die quã-
tum fieri potest exiguus. Nam inanem cõprimis uentrem
quærit hoc medicamentũ. Itaq; sumẽdus cibus, nõ qui ua
cuum hoc uel ex parte impleat, sed deficere qui nõ sinat, ac
utinam sustentet, non uires qui augeat, neq; ibi periculũ,
metui debet, quãdoquidẽ uis inest Guaiaco reficere, & cõ
firmare, sed non nisi inanes. & omnino aiũt neminẽ defice
re, quantũcũq; parũ edat, modo decoctũ id fideliter bibat.
Interim nisi ulcera sint aut uulnera, nihil foris illinitur, his
uero unguentũ album, quod crudum uocant ex Cerussa
& oleo rosaceo cum camphora, imponitur linteolo adlitũ,
Quidam sola spuma obungũt, aut desiccatam eam in pul-
uisculum adspergunt, Sane præter spumam nihil decocti
huius forinsecus adponitur. Atque aliqui breuiore tẽpore
sane scũt, quidã serius. Tricenis magna pars diebus. Quin
decimo die aluum duci iterũ iubent. Iccirco arbitror quod
ut Alexander Aphrodisiæus putat, famescẽtes solito cibi
usu prætermisso, uilescũt, & materiam aggregant acriorẽ.
Itaque de purgatione, quod sic collectum est extrahitur,
ut uacuum maneat ægri corpus. Et tunc quidem mane nõ
bibitur, ad noctem statim reditur ad potionem, ac post eũ
diem largius adsumitur cibus. Iterumque uigesimo libera-
lius. Quãquam debet & hoc liberalius, & illud largius, pa-
rum quiddam esse, ut sequenti capite ostendam. Quod ca-
uentes quidam, ne quod medicinæ operationi impedimẽ
tum inde accederet, totos æqualiter trigĩta dies unã eden-
di legẽ tenuerũt, omnino tanto melius celeriusq; prouenit
iuuamentũ hoc, quãto quis fortius esuritionẽ ferre potuit.
Vrget autem magis ac magis indies edendi auiditas, sed cõ
tinere se quisq;, certus salutis, si id faciat, meminerit. Sic de

coctum enim & exinanitum corpus, non fame tantum,
ſed ſudoribus etiam adinter mortuũ diu, morbi infeſtatiõe
cibi ac potus appetentiam redit. Vbi iam ad finem curatio-
nis peruentũ eſt, ut prope egredi uelit æger, ſumendũ ite-
rum quod purget medicamẽtũ, ſed ita ut poſt purgationẽ
quatuor aut ſex rurſum diebus ut prius bibatur. Quẽ cura
tioni huic Colophonẽ quaſi imponere iubent, Sunt qui
præcipiant conclaue ubi æger cubat, nõ excedendũ, prius
quam omnis in totum morbus ſit abactus, & reſtituta ua-
letudo. Alij triginta dies ſatis eſſe putant, quibus concluda
tur quis, poſt exire poſſe, ſed caute, & longius ac longius,
nec in apertũ ſtatim, ſed primũ intra parietes, et de uno cœ
naculo in aliud inambulandũ deinde ad uicinam aliquã
non longius domũ, donec ferre aerem adſueſcat. Nihil eni
repente mutari debet ibi, omnibus paulatim adſueſcendũ.
Quod ſupereſt morbi poſt egreſſum celerrime ſaneſcere
aiunt, idq; ita eſſe, in me ipſe comperi. Nam triginta dies
cum abijſſent, necdum ulcera, quæ in tibia erant, cicatricẽ
obduxiſſent omnia, continui me alios adhuc decem dies,
quibus & ipſis peractis, non dum tamen conualueram.
Quamobrẽ metu frigoris, quod incipiebat hyems, adijce-
re alios rurſum dies decreui, uerum medici adactus per-
ſuaſione, ut egrederer, periculũ feci, nec male inceſſit, quã-
quã eſſent tunc ulcera non alta quidem, aut quæ tumerent,
ſed in ſumma cute & quibus illud tantum deeſſet quod nõ
contegeretur caro, quod in tantum ægre aſſecutus ſum ut
uix quadrageſimo poſt egreſſum die, ex toto, obducta ſit,
cum ego interim acri iã tum hyeme, e Vindelicis in Frãcos
iter facerem. Moræ eius cauſas ipſe conijciebam, quod me
dici permiſſu, plenius quam oportuiſſe poſt cognoui, cibũ
aſſumpſiſſẽ, & quod is mihi tenuius quàm debuit, decox
iſſet potionem. Vſus ſum enim lingni pondere quinq; nõ
plene librarum, cum alij octo, nonnulli decem inſumerent
decepto in hoc medico, quod cum gracile mihi natura cor-

pus eſſe, deinde morbi diuturnitate etiam extenuatum ui-
deret, parum quid ſatis eſſe, cui uis morbi cederet putauit,
ob idq; etiam largius pauerat, cum uereretur nimium uiri-
bus ne deſtituerer, duplici errore. Quod & non quale iam
tum corpus eſſet, uerum quale eſſe ſoleret, uidendũ erat,
& ea medicinæ huius natura eſt, neminẽ deſtitui ut ſinat.
Quare etiam infirmiſſimis non minus, ſed aliquanto plus
etiam dandum eſt, quia nihil cum impetu facit, cũ eius iu-
uamentum ſit paulatim ſanare. Atque igitur illud decoctũ
magis probo, quod ad ignem diutius fuit, & quod à mul-
to ligno paucũ prouenit, ita ut ſuadeam, quo efficacius fi-
at, ad tertiam ſæpe partem decoquere. Porro aluum quæ
aſtringi ſolet, ubi, ſoluere ſi uolet quis, puluiſculã e ſcobe
Guaiaci decoctum ex aqua, bibere ſemũcia ſuadent in
aurora. Idq; ſi ſemel non moueat, repetendum eſſe uolunt
Mihi ne repetitum quidem ceſſit hoc.

DE RACIONE VICTVS IN CV-
ratione hac Cap. IX.

CIrca uictus rationem ad huc pugna eſt. Qui
dam ſolo pane quod ſimpliciſſimũ nutrimẽ
tum uocat Galenus, cum paſſularum modi-
co, uiuendum cenſent, eumq; dant quattuor
unciarum ſine ſale aut condimento, omniq;
in uniuerſum obſonio arbitrantur abſtinendũ, niſi quod
à pullo gallinaceo ius aliquod ſorberi patiuntur, aut cum
pane inibi madefacto edi ſemel die. Nam ueſperi præ-
ter paſſulas & panis unciam, nihil dant. Alij dimidium
pulli gallinacei, adhuc molliuſculi, aut ſi is adoleuerit, qu
artam partem, in aqua pura elixi, eiq; non ſalem, non con-
dimentum aliquod apponunt, niſi quod ſaccarum indunt
aliqui. Panis uero teruntium dant. Veſperi ut prius paſſu
as, cum panis uncia. Obſeruãdum autem toto curationis

curationis huius tẽpore, ne quis salem omnino degustet,
panem probant triticeũ, album, è bene cribrata farina, quẽ
ad hoc parantes saccaro cõdiunt, quod nõ abhorret. Sunt
qui huic mensæ adijciant, non tam cibi uice, quàm medici-
næ loco, parum Boraginis aut foliorum tãtum, aut si sint,
florum etiam, quod in aqua decoctũ, aut cum pullo, estur
ut olus, atque hanc circa uictum obseruationem perpetuo
tenent aliqui. Nõnullis uidentur quindecim dies satis esse,
deinde leuius famem sustineri uolũt, & uigesimo quidem
die bis cibum dant, quod uiderint qui sequentur. Certe
enim hoc fert medicina hæc, ut inedia, quanta possit maxi-
ma, extenuetur æger. Quanquã nonnullis contigit, intra
quindecim dies in totum restitui, qui tamen postea adiece-
runt aliquos ultro dies. Bibitur ad cibum de secundario de
cocto, non tepidum sed frigefactũ, atque hæc mensæ sum-
ma est. Nam supra hanc mensuram progredi adhuc nemo
ausus est. Quãquam non contẽnam disputantes ibi medi-
cos, in corporibus siccæ & calidæ temperaturæ periculum
fore, si ad hoc uictus adigantur genus, & Galenũ cum Hip
pocrate adducentes, qui locis multis cõtra exquisitũ hunc
uictum sentire uidentur. Sed ego ex his, qui adhuc usi Gua
iaco sunt, periclitari neminem uidi, & ab experientia mo-
nitionem colligo, non ex libris doctrinam, Quinetiam ca-
lidæ & siccæ temperaturæ ipse sum, nec in phthisin aut, he-
cticam adegit hæc fames, quod metuere illi uidentur. Quia
autem non imprudẽter omnia prouideri putãtur, iubeo, si
quis ibi sollicitus sit, custodes medicos adhibere sibi, quod
dictum satis sit, ut reliqua prosequar. Omnia interim ne-
gotia ablegare oportet ægrum, omnes circuncidere gra-
uiores cogitationes, ab omni cura conquiescere. Quare

& à consultationibus, & à studijs etiam uacationem indi-
cunt, iubeturque animus ab omni penitus operatione se-
curus esse, & in profundum otium uindicari, ac à turbis
& sollicitudinibus laxari, cum omniũ, tum uel maxime e-
orum melancholico habitu qui sunt, Cauẽdum & ab iracũ
dia, quod ea, ut Galenus inquit, biliosas imprimis mate-
rias accendit, Quinetiam curandum, ne quid hoc tempo-
re, quod ad mæstitudinem mouere possit, accidat, Audi-
at æger cantores & citharœdos, ac musicis operam det,
aut iucundis se interdum confabulationibus oblectet,
Porro uenerea quantum uitanda, post ostendam, Ipse le
gendis iucundis rebus, & elucubrandis etiam oblecta-
menta quæsiui, cum reclamarent medici, nec temere mo-
nebant, nisi haud credidissent me, dum hæc agerem, ci-
tra negotium agere. Et oblectationis causa, non studij, in
literis uersari, quanquam in exemplum uenire hoc no-
lim, Interea fames ingruit, alijs post sextum statim diem,
ego ad decimum usque nihil graue tuli. Vnicum ibi sola-
tium est, non uidere edentes, non uidere cibos, & nidorẽ
non sentire, Tamen ubi deficere sibi quispiam uidebitur
per inediam, subtractis corpori alimẽtis, qui corroboret,
aut uires reducat, cibo quidem usurum haud statim ue-
lim, nec condimento exotico, sed forinsecus admotis iu-
cundum, spirantibus odoramentis, languentem excitare
spiritum, Nimirum odore putat Galenus, spiritum ui-
talem & animalem nutriri, atque foueri, Vbi tamen ut
cuiusque fert habitudo, ineunda ratio est, ne siccis, & ca-
lidis similia, & humidis ac frigidis, aut utrunque consti-
tutis, consonæ qualitatis res adhibeantur. Ipse ut in omni-
bus uernacula magis, ut nobis cognata probo, ita Demo-
criti exemplo, qui uapore calidi panis fugientem iam
totos tres dies moratus est spiritum, aut illo, aut cepe asso
(nam & illi quandam inesse istiusmodi uim comperi) ad
moto ori, lãguẽtibus adminiculũ uiribus quærẽdũ putẽ;

Quod idem uini quoque odore effici in cõperto est. Nam
hoc, ut apud Q. Curtium uidere est, torpentem Alexan-
drum excitauit Philippus medicus, eiusque in hoc genere
uim ex ueterum medicorũ traditiõnibus nulli nõ uidemus
præferri. Porro modis omnibus, odoris suauitate alendus
est spiritus, quod ex hoc uita est, probatur in ea re, ante o-
mnia uini suauis, antiqui odor. Deinde mellis etiã, rosacei
maxime. Itẽ malorũ, de qbus nũquã monere me Stromer
desinit, compertũ sibi dicens, quãta ui, quám præsentaneo
ibi iuuamẽto sint. Quidã ex his persica præferunt. Alij co-
tonea. cõmendatur & acetum, rosis cõditum magis, & si-
napi. Nã & hæc sẽsus afficere, ac uires sustẽtare aiũt. At ue
ro cinamomum, nucem odoratam quæ Muscata uulgo,
styracem, citri fructũ, crocum, gariophyllon, muscum,
camphoram, & id genus impendij maioris res, delicatiori
bus relinquo. Cyminũ, anisum, coriandrũ, nardos, ama-
racum, rosas, mentam, rutam, rorem, marinũ, uiolas, sal
uiam, castoreum, nostra omnia, uim habere maximam, ex
medicis qui iudicium habẽt, nemo improbat. Vtorq́; præ
sidijs ego huiusmodi magna salubritatis opinione frequen
ter. Potest & frictionibus toto in cubatus huius tẽpore uti
æger, sed lenibus, quas ut ubique, ita ibi quoque conferre
plurimum credo, & calidis pannis exercẽdum caput præ
beat, ac eburneo pectine peruerrendum.

QVOD AD MIXTIONEM non ferat Medicina hæc Cap. X.

PR æterea Nullam fert ad mixtionem medici
na hæc, attonitis ob id istis uulgo Medicis,
qui nihil admirari nos uolunt, nisi quod â tri
bus orbis partibus, cõquisita in se uenena re
cipiat, & qui autoritatem sibi omnem despei-
rant, nisi in pharmacorum synthetis Indiam nobis, Aeth-
opiam, Arabiam & illos extreme Garamantas coniun-
gant. Quod probant enim, ubi sumptu nõ est? Et faxit de-
deus

non est? Et faxit deus O pt. Max. ne unquã audiatur eorum
circa Guaiaci usum consiliũ, utq́; accipiatur uates in hoc
negotio Stromer, iudicio meo uerus, prudẽtissime, ne ali
quãdo manus apponãt illi, metuẽs. Proinde experto mihi
credant homines, satis esse hoc remediũ, quod istum tollat
morbum, & solum satis esse, neque præterea quærendum
aliquid, nisi quod dixi, & â principio expurgandũ aluum,
& quintodecimo iterum die leuiter, rursumq́; in fine cura
tionis. Idque simplici aliquo, aut non é multis admodum
cõposito medicamẽto. Valde existimo enim, lucro ibi cõ-
sulere suo medicos, non hominum saluti, quando dicunt,
quærendum, quod causam morbi auferat, quasi hoc non
faciat Guaiacum. Atq́; euidenti rursus argumento est, ob
aliud nihil utẽdum purgatione, quam ut inanis sit uenter,
quod corpus præterea omne, inedia & fame exhuariẽdũ
curatur. Quid? quod in illa barbarie, ubi Guaiacum nasci
tur, nulli sunt Medici, nulla exotica, nulli canones, nulli
aphorismi, At forte aliqua ibi herba, aut radice aluum pur
gante utũtur homines, atque una re similiter omnes utun
tur. Non ut morbũ tollant, sed ut inani uentre locus sit faci
liori Guaiaci iuuamento. Quare consilium ibi meum est,
nullis magnopere apparatis uentrem diuexari medicinis.
Illasque in primis fugere, ex compluribus concinnatas cõ-
positiones. Qua obstinatia, præter unam simpliciter Cassi
am, nihil inculcari mihi passus sum, cum illi multa cupide
offerrent, & ego solitus essem, nõ illud tantum Rabarba-
rum, sed & si quid Ra barbaro adhuc barbarius est, ingur
gitare. Sed euentus consiliũ meum sequutus est optimus.
Quod qui imitari uolet, exẽplũ habet, præceptũ nõ habet.
Neque enim edocti docemus hæc, sed experti monemus.
Id quod meminisse omes uelit, nihil me hic temere, sed qu
od proprio periculo didicerim, alijs per manus quasi trade
re. Qd' si aliud didicissem etiã latere nõ paterer. Nũc igitur

cum diligenti inueſtigatione, ſtudioſa indagine compe-
rerim Guaiaci uim (quam ſiquidem non bene intellexi,
error eſt, ſin ut oportuit rem accepi, neq; præmium, neq;
laudem magnopere affecto) fideliter omnia tradam Idq;
medicamenti huius merito, ne tantis beneficijs ingratus ui-
dear. Itaque ſic ſentio, cum alioquin uarietate medicamen-
torum corrumpantur, optime habiti homines multi, non
nulli intereant etiam, nullam ad hoc rememedium aliunde
accerſendam opem, ipſum extirpando huic morbo unum
ſatis eſſe, ſiquid addatur, maxime eorum, quæ intra accipi
untur ab hoc iuuari nihil ipſum, poſſe autem fieri, ut im-
pediatur ac uitietur Huc illud addendum, quod à Guaia-
co qui bibunt, utcũque affecti ſint, boc in morbo, his in tan
tum balneis opus non eſſe interim, ut etiam uetent naturæ
eius periti, curationis huius tẽmpore caput ablui, raro etiã,
neque unquam frigida manus permittant,

QVOMODO ADHIBENDI SINT in curatione hac Medici Cap. XI.

SEd iam ſuſpicari aliquos ſcio, id me ſentire,
ne quis omnino medicus adhibeatur hac in
curatione quod multum abeſt. Exiſtimo em̃,
quærendum doctum aliquem & prudẽtem,
quique inſertiendis medicinis audax non ſit,
ne liberalis quidem, eius utendũ cuſtodia, etiam ſi admini-
ſtrãdi Guaiaci uſum didicerit præſcripto Illos uero perdite
moratos, qui cupidiſſime illa nobis propinant exotica, aut
ſi quod à Nili fontibus aduectũ medicamẽtũ eſt, qnod tãto
maioris ab his fieri ſolet, quãto in ipſũ impẽdij plus eroga-
tur, procul arcendos moneo, & ne per cancellos quidẽ cõ-
ſpici ab his ægrum patiar. Iam hoc ipſum comperi enim
ita eſſe ut Aſclepiades ſenſit, qui medicamentorum po-
tus ſtomacho inimicos cenſuit, & Celſus ait medicamen-
ta ſtomachum fere lædere, Quinetiam contigit mihi, qnod

idem autor fore prædixerat, ut infuſæ medicinæ, cum al-
uo continerentur, in caput regeſtæ, immenſos dolores fa-
cerent. Quod meminerint omnes curatione m hanc auſpi-
caturi, ne ſe iſtius generis carnificibus temere committant,
non tantum ob id, quod rei natura haud dum innotuit,
uerumetiam quia mos eſt illis, nunquam fateri ignorantiã-
ſemper aliquid iubere, aliquid propinare, quibus nemo
quocunq; tempore lotium oſtendit, quãtumcunq; etiam
ſuæ ſpõtis, & ſanus, quin pharmacopolis ſcribant Recipe,
aut aliquid contractum iam morbi ſuſpicari ſe, aut præ-
ueniendum imminentem, dictitantes, Niſi hoc degiutias
inquiunt, aut illud bibas, febrem habes. Perditi homines,
& inprimis odio digni. At quales quales ſunt, multa ſibi,
nuper circa Guaiaci adminiſtrationem tribuere auſi ſunt,
in opus illud ultro intrudentes ſeſe, etiam qui uendunt ip-
ſum ſuffragantibus, quodam credo inter ſe pacto, & mu-
tua conuentione. Nam illi cum uiderent rudem hanc &
contemptibilem medicinam efficere, ne poſt hac tot ſuis
diſceptationibus opus ſit, nec auderent tamen (uoluiſſe
autem aliquos ſcio) tam fauorabili ſeſe rei opponere, ui-
ciſſimq; metuerent mercatores, ne ſi non probarent me-
dici, quia nemo facile aditurus tam aliunde petitam medi-
cinam eſſet, & cuius tam præter uulgarem medendi uſum
eſſet adminiſtratio, parum ipſi uenderent, conueniſſe in-
ter utroſque credo, ut in uulgus ederetur, neceſſariam ibi
eſſe medicorum operam, quo & illi quæſtum ut prius fa-
cerent, probatum à medicis remedium diuẽdentes, & de
ſuis interim ſtipendijs nihil decederet medicis, aſcitis in
curationem hanc & ipſis. At quoſdam noui probiores
medicos, qui nomine Cæſaris, & cuiuſdam hic Epiſcopi
percontandi cauſa Hiſpanias adierunt, hique cum ab ipſis,
qui in Spagnola rem cognouiſſent, edocti eſſent, nihil fe-
re ſecus, quàm noſtra tenet experientia, retulerunt,

niſi quod addiderunt de ſuo, quæ medicamenta, quibus
diebus, qua cum obſeruatione accipiẽda ſint, & ex Ephe-
meride mathematica quomodo uiuendũ, non mala credo
uoluntate, ſed ſuo quodam more, & conſueta bonis etiam
quibuſdã medicis ſuperſtitione, qui tãta iuuandi cupidita
te feruntur, ut plus etiam quàm oporteat nonnũquam in-
gerant. Quorum uoluntatẽ probo, periculoſum tamẽ pu-
to, in omnia omnibus conſentire. Sed ad illos iterũ male
uolos. Conueniſſe ipſis puto, cum mercatoribus, in lucri
partem ut admittantur. Itaque uidi ipſe medicum quendã,
ſi indoctum & imperitũ aſinum hoc nomine dignamur,
qui reclamauit Guaiaco, magna contentione, ut rei uanæ
& nullius momenti, & quam ementirentur negotiatores,
hæc poſſe. At paulo poſt idem ille uociferator aſcitus in cu
rationem diuitis cuiuſdam, atque iterũ alterius, cum ſubo
luiſſet homini aurum, remq; uideret ingẽtis lucri, propter
multitudinem ægrotantiũ, cœpit primo mitior eſſe, & mi-
nus minusq; ſæuire, deĩde etiam laudare, ac magnis præ
conijs extollere rem, quia inquiens, nunc tãdem expertus
eius uirtutem ipſe ſum. Immo quia & tuũ ibi lucrum inue
niſti aſine. Atque ijs fere moribus, quemadmodum aliæ
omẽs medicinæ, ſic iſta quoque cõcedere in canones uide
tur. Quod ſi ſanis illis & doctis medicis autoribus, fiat,
nõ improbo, quanquã ut meũ fert iudicium, & nõdum ab
illis fieri poſſe credo, & ualde neceſſariũ eſſe nõ arbitror.
Aut enim in Spagnola ubi medici non ſunt, deeſt aliquid
medicamento iſti, aut hic quoque citra ſuperſtitionem ad-
miniſtrari ipſum oportuit. Poteſt autẽm eſſe ita credulus
quiſpiam ut concedat medicis, peritius eos, quam qui ex-
perti in ſe callent, negotium hoc tractare, cum uideamus,
breuius duraſſe apud nos Guaiacum, quam ut tẽpus eſſet
illis perſcrutandi ac diſcẽdi naturam eius. Nam ut paucis
dicam, intra admirationem res uerſatur adhuc, ad ſcientiã
nondum peruenit. Tantum abeſt, iſtorum canonibus ut
ſubijci

ſubijci poſſit hoc ſtatim tempore, aut aliquæ eius cauſæ
prodi. Inſideat hoc igitur omnibus, ut ſimplici hac, quam
experti nos tradimus, diæta curari ſatis ducant. Sanis in-
terim medicis aſpiciendos ſe præbeant ſæpe, ſpecies iſtorũ
& aromata mittant, immo longum ualere dicant his, qui
nos diſputationibus reſtituere à morbis geſtiunt. Hi ſunt,
qui ut dixi uile nihil probant, quiq; fabulam me narrare
putant, cum dico octies amplius repuliſſe febres, ſtatim
ab initio, proprio ebibito lotio, haud alio medicamento. Et
in Saxonia uidiſſe homines, qui omnis generis interaneo
rum morbos, cereuiſia cum butiro ſufferuefacta & ebibi-
ta, reſtinguerent. Rurſumq; fidem non habent referenti,
quẽdam nobis eſſe parernum uillicum, qui tribus quibuſ-
dam herbis è uino decoctis, cõtuſum hominis craneũ cõ-
ſanauerit, Et cõtemptibile medicamentũ exiſtimant, peſſi
ma ut plurimũ uulnera, percoctis in uino aut aqua, paucis
iterũ noſtris herbis, intra decimũ aut duodecimũ diem, ci-
tra febris metum coaluiſſe. Non fieri ſecundũ canones iſta
dictitantes. Et de Guaiaco nunc idem ſentiunt, cuius uim
quàm acute intelligant, & quos de eo ſermones habere ſo-
leant, ex nobilis cuiuſdam, nõ iuuenis iam dum, ut experiri
incipiat, ſed pœne decrepiti, ut Auicennam, Meſuen & re
liquos medicinæ autores, ut ungues ſuos callere ipſum, p-
babile fuerit, reſponſo, cognoſcere datur, Is enim cum ma-
xime hæc annotarem, & Francofurdio ubi Recipe, ſcribit
ille, iter facerem, Interrogatus ab amico quodam meo de
Guaiaco quid ſentiat, non uidi inquit, ſed qualecunq; eſt,
oportet eius conſiderare pondus, colorẽ, odorem in qua-
litate & quantitate. Ibi tamen ego, At pondus ei eſt pergra
ue, & in aqua mergitur quantumcunq; minutim inciſum,
color qui buxo fere, oletque obſcure reſinaceum quid-
dam. Iam tu ſcis igitur Guaiaci natura quæ, & quæ uis?
Ille uerbis me obtundere adortus, neſcio quid ex prædi-
camentis Ariſtotelis garriebat. Tum ego, fieri poteſt

 ſenex

senex, ut cum nouus sit morbus, nouaque haec medicina, in-
cognitum totum adhuc nobis negotium sit? Erras inquit,
nõ nouus est morbus, cum de illo scribat Plinius. Cupide
id mihi accidebat, audire uolenti apud Plinium quid intel-
ligeret ipse, quod me lateret, Quaesitoque Plinius quo nomi
ne morbum hunc appellet, Mentagram inquit, quia uexat
mentem. Tum alij morbi dicebam, nõ uexant aut pertur-
bant mẽtem igitur? Aut non magis faciunt hoc, phrenesis,
mania, comitialis, & reliquae mentis capturae, quàm mor-
bus Gallicus? Illo nescio quid interpretante, subdidi. Disce
o senex cautius respõdere, in his praesertim in quibus hu-
manae incolumitatis periculum uertitur. Quod si Plinium
legisses, non á mente sed à mento unde incipiebat morbus
ille, mentagram fuisse dictum, uel hoc argumento alium,
à Gallico, Atque huic tam perniciose insanienti beluae, tam
patiens esse quis conuicium qui non faciat, posset? Sed
mittamus istiusmodi medicorum uulgus, e quibus ma-
gnam partem uidemus abundare quidem uerbis, rerum
autem scientia misere interdum egere, ac ad institutum re
deamus, cuius summa est, hac in curatione, ut custodes
adsumẽdos medicos, non ut curatores. Eosque ut saepe iam
dixi delegendos sanos & perdoctos, quique experti pluri-
ma sint, & sic animati ut soli sapere malint quàm commu
niter errare. Et qui fabarum esu curare aegrum si possint,
non quaerant sumptuosissimum aliquid & in primis exo-
ticum.

AN VLLA CIRCA MEDICINAM hanc habẽda sit aetatis, uel sexus, aut corporũ qualitatis ratio. Cap. XII.

QVos aiebam percontandi causa Hispanias
adijsse, cum quaererent, pueris etiámne pos
set & cõfecta iam aetate hominibus hoc sub
ueniri remedio, quod dubitabatur, utriusque
sexus imbecillitas, an ferret dietam hanc, re-
sponsum

sponsum acceperunt, ab ijs qui in insula fuerant, pueros
quidem hac medicina liberari à morbo non uidisse se ut
reliquos, sed retulisse insulares, solere & ipsos sic curari,
ac citra discretionem mulieres etiam, senes autem ut pluri
mum, quod reputanti mihi uenit in mentem, notae Hypo
cratis sententiae, Senes facillime ieiunium sustinere, mox
in robusta & firma constitutos aetate, minus adolescentes,
qui sunt, pueros minime, animo praesertim qui sunt pro-
pensiores, magisqúe uegeti. Quanquam ibi non ultime
senes intelligi uelit Galenus. Iam & sanguinea corpo-
ris qualitate qui censentur, magis ac diutius inediam fer-
re constat quàm cholericos. Quoniam in illis corpus qui
alunt, humores uberius adsunt, calor tẽperatur, minusque
adurens, quippe humido cõmixtus ut sit remissior. In his
uero tenuia & sicca oĩa, ac humoris indiga. Deinde pitui
tosas, quãdo hi plusquã oportet humecto abundant, tolle-
rare optime famẽ quis dubitet? Quibus animaduersis con
silium non deerit, quacunque in aetate utcunque constituto
cuilibet negotium hoc qui uolet experiri, scietque unusquis-
que ut attenuanda uictus ratio, utque sit dilatanda & ut ar-
ctius inducendum ieiunium, utque laxius indulgendus ae-
gro cibus. Neque id tantum, sed & Guaiacum ut plus mi-
nusue insumi oporteat, Quamquã ibi parum habendũ dif
ferentiae censeo, quod nõ est huiusmodi decoctum illud,
ut in praecedẽtibus dixi. Item, quod impetu curet, aut per-
rumpẽdo salutẽ acceleret, sed quod lente ac paulatim poe-
nè sine sensu det effectum, ita ut metuendũ non putem, si-
ue seni administretur, siue puero, aut puellae, ne plus inge
ratur, dũ ne quis nimio quẽ praescripsimus modũ excedat
Tantũ abest ut pinguibus quã macilentis plus dandũ mo
neam. Quinetiã ait Celsus, inter ualens corpus & obesum
interesse, rursumque inter tenue & infirmũ. Tenuiores enim
magis sanguinẽ, pleniores carne abundare. Id quod saepe
ut in me dixi euenisse, fallit medicos, dum gracile corpus,

 infirmum

infirmum continuo existimant, ac obesum ac procerum,
robustum. Iam illud obiter ammonendum iudico, meum
patrem sexagenariũ propè conualuisse Guaiaci remedio,
nihil grauiter ferentem, & dietam hanc rigide obseruan-
tem, cum nullo interim consulto medico, ne uiso quidem,
meis tantum uteretur præscriptis,

AN VBILIBET IDEM SIT eius usus. Cap. XIII.

AD hoc quæri iam scio, credendũ ne sit, ubiq;
eundem esse Guaiaci usum, atq; idem iuua-
mentum. Et cum maxime externa res sit, an
putetur sic Germanis cõuenire ut Hispanis,
& illis sobrie uiuẽtibus populis, deinde quo
modo cæteris? Neq; enim dubitabile uideri
debet, sicut in alijs, ita circa huius quoq; mediciuæ admini-
stratione, aliquam haberi naturæ locorum rationem opor
tere, Nam ut anni tempus, quod sit, animaduertẽdum ibi
est, ita cæli considerandum esse tractum uidetur, cum ob
alias ratiões cõplures, tum uero aliter quia famẽ in denso,
aliter in tenui cælo ferimus, Quo loco reliqua quidẽ huc
quæ pertinẽt physicis æstimanda diligẽtius relinquo, ipse
quæ didici & quantum ad Germanos uidetur attinere, nõ
sinam ignorare quempiã. Primũ igitur putãt exploratores
Hispanienses unam esse hanc in his morbis, ubiq; medi-
cinã, tam quia nihil habeat, quo non indifferẽter uti ubiq;
omnes possint, quã in quinq; diuersissimarũ nationum ho
minibus, facto periculo, quia cognitum hoc sit, Quarũ in
Hispaniam quidem primũ uenit, ex Spagnola, arrectis in
euentus expectationẽ alijs circa nationibus, ubi cum felici
ter ea usos esse multos contigisset, acceperunt eam Siculi,
Deinde in Italiam transijt statim q; Germani, & ipsi experi
mento uim eius didicimus. Nuper & apud Gallos audi-
uimus eius ope consanescere plurimos. Quod cum ita esse
cognouerimus, & sub eo nos degamus cælo, quod haud,

ita, quemadmodum Italiæ, Hispaniæ, & id genus subtilio-
ris cæli regiones obnoxium morbis est, quo minus in me-
tum ueniant ea, quæ aliunde accidere mala possunt, ut fe-
bres, laterũ dolor, & huiusmodi, deinde fortia sint nobis,
& laborum patientia corpora, sitis deniq; ac esuriei, quan-
ta præterea nusquam, ac hilariter ut plurimum affecti sint
Germanorum animi, quid aliud putare debemus, quàm
aptissimũ huic medicamini hoc cælum, aptissimosq; esse
nostros homines, id quod Paulus Ricius, sani iudicij me-
dicus, ac eruditionis probæ & singularis, autumat, hoc ad
huc asserens, experimento cognitum sibi, nullam esse ferẽ
dæ isti dietæ aptiorem quàm hanc nationem. Quod si non
contigisset, etiam plurimos uidere hic restitui per Guaia-
cum, & iam adhuc faciũdum nobis periculum esset, tamẽ
haud ita esse auersis hanc patriam numinibus, ut salutare
hoc medicamentum nõ accipiat, credendum erat, Aut cũ
e Spagnola in Hispanias transportatũ, uim suam retinue-
rit, & tam externæ sibi genti, ac moribus etiam disiunctæ
patriam cõmunicauerit opem, nos ea tãdem ut sui non cõ
pares fraudare uelit, atq; huc maxime, nisi mutato genio
aduehi dedignetur, & ad solos Germanos potentem illam
medendi uim ac uirtutem, ubi demigrarit, ab se auelli pa-
tiatur. Scilicet compertum est, præsentissimũ esse eius hic
iuuamẽtum, fortasse etiam præsentius quàm usquã, No-
stros uero homines, ut alioqui crapulæ sint imprimis dedi
ti, ita si necesse sit, famem ac sitim strenue & quàm longis-
sime dubio procul laturos, quinetiam ut calore abundant
corpora nostra, ob idq; robustiora sunt, nã ut Aristoteli ui
detur, qui loca colunt frigida, insito abundant calore, &
quibus caloris est multum, ij robore ut plurimũ pollent,
Quare consultus nuper Ricius, an sibi uideatur, quia con
sueti sint Germani largius epulando se implere, aliquid eis
deuictus in curatione hac tenuitate remittendum putet,
ne tantum quidem inquit. Atque illud adiecit, non solum

indulgentius quàm Italici generis aliquem habiturum se
ex uentricosis illis & in crapula consuetis Germanum ho
minem, sed arctius etiam, & exigue magis multo. Dixit=
que mihi ipse, quod è crassis illis quendam, decem ampli=
us quàm oportuisset dies, fame cruciasset nuper, quo ne=
quid superesset, Guaiaci operationes, quod morari posset
& talia huiusmodi quidem, uel ob id de Ricio promptius
cōmemoro, ac de Stromero sæpius moneo, ne quis ut in=
telligant qui legent, quos ego uiros, recte medicos dici, &
quā istos uulgo tortores infra appellationis huius dignita
tem locādos existimem, utq; uideant exteri, Germaniam
habere sanos & ipsam medicos, cognoscantq; omes, tam
me teneri bonorum, & imprimis doctorū studio & amici
tia, quàm istos odisse uulgo indoctos pariter ac improbe
audaces homines, qui postquam doctoris emerunt titulū
iam statim mortuos excitare se posse profitentur, & sepul
tis uitam reddere, uerum ad duos illos longe super hanc
constitutos sortem redeo. Quorum hic poscenti mihi an=
no superiori medicinā quo aluum expurgarē, noli inquit
hac ætate, in qua naturā efficere melius omnia in procliui
est, uenenis dilacerare stomachum, ille ut infundendis me
dicamentis parcissimus est, ita sub rigidissimā dietæ regu=
lam cogit, quibus medetur ægros. Quamobrem quēdam
Augustæ curandum hac uia cum acciperet, atq; ille præ=
diceret, uereri, ne haud posset à uenereis continere se,
quando igitur mori decreuisti ait, non me indiges ibi adiu
tore, dimissumq; hominē ut intemperantiorē, quā qui in=
tra suæ præscriptioni modū tenere se posset. Huc duos ad
do, excellētis & ipsos notæ, alterū à medicinis tibi priceps
Opt. ALBERTE Gregoriū Coppum, qui me conscri
bentē haud parū iuuit, alterū in Archiepiscopi Colonieñ.
degentē aula, Iacobum Ebellium quatuor ante anuos tan=
tæ autoritatis, ut ei publicum ualetudinarium decernere=
tur, cedentibus ei peritissimis ibi medicis. Illum à doctissi

mis Papiæ, ubi maxime floret studium hoc, summa in ad=
miratione habitū olim, cum quia in medicina constat esse
egregiū, tum uero quia cum professione illa optimas miri
fice coniunctas habet literas, uerum haud est hic locus do
ctissimorum hominū catalogum contexere, sed meam de
Guaiaco experientiam mandare literis institutū, proinde
hoc loco Epilogi uice repeto, ualde opinari me, nullis non
hoībus ubiubi nati, aut uersati sint, pari pdesse salubritate.

QVOD EO TEMPVS DE=ligendum. Cap. XIIII.

ESse autē melius æstate curationē hanc expe=
riri, quàm hyeme, his fere modis colligitur.
Primū quod ut Galeno uidetur, succi eo tē=
pore, toto se extendunt ac diffundunt corpo
re, euntq; ac redeūt, itaq; facile secerni à bo
nis humoribus pestilētes possunt, atq; ita hi expelli & able
gari, salubres uero & boni uēdicari. Deinde quia fieri hac
ratiōe putatur, ut morbi hyeme omes altius radices agāt,
ac tenacius hæreāt, æstate cōtra humores in motu sint, &
corpus cōmutationi obnoxium plurimū, sed hæc in omi=
bus uniuersim curatiōibus, considerationem hebent, quæ
uero ad Guaiaci remedium sigillatim pertinent, quia ini=
bi magnū à fame & uictus tenuitate adiumentū petitur. In
partem quidē unam æstate magis quàm hyeme proueni=
re eam, argumento est, quod tunc magis famescere cōue=
nit, corpus alioqui feruens & æstuans, si cibo insuper one=
retur, in morbos facile dissoluatur. Vel igitur quia ut Hip=
pocrates scribit, natiuus intus calor hyeme abundat, foris
deficit, quod tunc ob instantem extrinsecus frigoris aco=
rem refugit, & ad interiora se, tanquā in arcē recipit & ab=
strudit, æstate contra, calor in humanis corporibus, affinē,
ut Aristo. uidetur, secutus aērē, ad exteriora se diffundit ac
euolat. At medicinæ huius est, reducere deperditos in cor
pus calores, ob idq; uidet incōgrue expimentū hoc adiri

quod tunc

quod tunc periculum eſſe putant, ne ſi ad intranea cõuſce
tur extremorum calor, artuũ extra uis nimis deſoletur &
exhauſta ſit, his præſertim, qui natura frigẽt, quibus alio=
qui hyeme calor pro extincto eſt, & corpus ui frigoris ene
ctum, ac de mortuo perſimile, Sed hic prætereundum mi=
nime eſt quod Coppus monet, cum ſudores moueat Gua
iacum ſic malos excutiens ſuccos, & à nocuo corpus hu=
more leuans. Inprimis aptã ad hæc æſtatem, qua ſubtilio=
res ſint humores, cutis rarior, cõtra obſtructi hyeme ſudo=
ris meatus, & ſucci in corpore concreti, In aliam rurſus &
contrariam ſententiã, quia in curatione, quæ per Guaiacũ
fit, maius nihil patiuntur ægri quàm ſitim, atq; ea per æſta
tem acrius infeſtat ieiunãtes, difficillime tũc à potu abſtine
re ægrũ arbitrantur, Quare in Hiſpanijs, & ubi uehemẽti=
or æſtate calor, nõ adhuc ferè auſi ſunt hoc tẽporis experi=
ri eam, Adde quod per hyemẽ naſcitur pituita, augeturq́;
propter largius aſſumptũ tunc cibũ, ut Alexandro Aphro
diſiæo uidetur, at curatione hac in qua fameſcere conuenit
ſi tunc adeatur, caueri hoc poterit. Quæ quidẽ de duobus
iſtis anni temporibus dici poſſunt, intenſius calorem & fri
gus adferentibus, quæ media inter illa ſunt, eorum uideri
poteſt ineptiſſimum eſſe autumnale, quod tunc maximus
ægritudinum omnium prouentus eſt, & ad peius mouen=
tur humores, Quia puto inæquale eſt hoc tẽpus inordina=
tum, & nunquam ſibi conſtans, atque igitur multiformes
inducens morbos. Quinetiam plurimos opprimit Celſus
inquit autumnus, propterea, quia Gallicus morbus ner=
uos in primis afficit, atq; idem autor docet, omni neruorũ
reſolutioni ad medicinam, minus idonea eſſe tempora, hy
emem & autumnum. ſed hæc diſputatione uniuerſim con
tendentium ſunt, non de Guaiaci tantum in medicina uſu
differentium, quare ſic puto, in Germania ſaltem, melius
æſtatem deligi, ſed ea incipiente ſtatim ac deſinente iam
tum uere, quod menſe puta Maio fuerit, quia neq; tantus
hic

hic calor ut ſitim nõ poſſint ſuſtinere ægri, & frigus in hye
me intenſiſſimũ, idemq́; uere etiam & autumno uehemen
tius quàm in curatione hac ferre æger, debeat cũ inter præ
cipua ſit, qui per Guaiacum reſtitutus eſt, fugere õme ma
gna cura frigus. Quod uero ad ea pertinet, quæ æſtate eti=
am accidere incommoda poſſunt, quo minus metuenda
ſint, dixi iam ante, & ſuo quodam loco repetam, potionẽ
hanc mirum in modum excitare uirtutem natiuam, & ne
quis præſumat informationem maiorem, quàm cui poſt
mederi liceat, uim eſſe ei inopia caloris, debile corpus &
exhauſtum uegetandi & ad uigorẽ perducendi. Quæ niſi
ut dixi ita haberent, & Hippocrates quodã, ſi recte memi=
ni, loco, diceret, uer & autumnũ aptiſſima eſſe ad uenarũ
inciſiones, & pharmacorũ exhibitionẽ tempora, tunc opti
mũ uidebatur Celſi conſilium, ad medicinam adeundam
ſaluberrimũ eſſe uer, proximã ab hoc hyemem, periculo=
ſiorem æſtatem, autumnum longe periculoſiſſimum.

A VINO ET VENERE QVOD in totum abſtinendum, hac in curatione ægro ſit. Cap. XVI.

ET non auſim dicere diuinitus hanc nobis cõ
tingere medicinam, quæ nõ aliter morbum
adimit, quàm ut uitæ quis ſanctimoniã, a u=
ſpicetur? Cumq́; ut Chriſtiana feruntinſtitu
ta, per duas maxime uirtutes deo concilie=
mur, corporis ſcilicet caſtimoniã, & cibi & potus abſtinẽ=
tiam, qui ſe non arctiſſimo his conſtrinxerit uinculis, cura
tionem hanc nõ fruſtra tantum aditurum ſe ſciat, ſed citra
periculum etiam haud proſequuturũ. Adeo, ut compertũ
ſit, qui ante quadrageſimũ diem, ab inita ea, concumbat,
mori eũ neceſſario, ſiue non ferente iniuriã coitus, exina=
nito iam corpore, ſiue hoc uolente deo, ne quis non ſancte
utatur tanto ſuo beneficio. Itaque omnium qui in Germa=
nia Guaiacum experti ſunt, unũ adhuc quendam mori cõ

tigit

tigit, iureiurando affirmantibus qui aderant, hanc ob cul-
pam. Proxime uini uſum peſtilentem ibi eſſe notum habe-
tur, naturaliter alioqui fugiẽdum in hac ægritudine, quod
corporis compagines ſoluat, neruos adficiat, cumq; eius
uehemens ſit penetrandi artus, & corpus quatiendi uis,
putant fieri non poſſe, ut uino qui utatur, eius in corpore
aliquid efficiat Guaiaci decoctum. Neq; id tantũ, ſed cum
res ibi conuenerint diuerſiſſimæ, diſcrimen eſſe, & mortis
metum in promptu dicunt. Quare etiã ſunt qui toto mẽſe,
poſt exactum curationis ipſius tempus, à uino abſtinendũ
moneant, quoniam medicina hæc in multos, poſt bibitã
ipſam dies, effectus ſui curſum proſequitur, cui nequid ſe
obijciat, neu quod impedimentũ occurrat, uini uſum adi-
munt. Porro uenerem qui fugit, is cogitet, gulæ ne quid tri
buat, illi fomentum ut ſit. Sic habet uetus prouerbiũ. Nun
quã fames adulteria genuit. Et aliud, Sine Cerere & Bac-
cho friget Venus. A elianus ſcribit Zaleucum Locrenſem
legislatorem uinum ægris prohibuiſſe iniuſſu medici, pœ
na capitis indita. Quod ſi non foret, etiam è Guaiaci natu-
tura uenerem non pati, & à uino abhorrere, tamen infen-
ſiſſimam eſſe eam, huiuſmodi ægritudinibus correpto cor
pori, pleni ſunt medicorum libri, propter articulos in pri-
mis, male ibi ſemper adfectos. Quare etiam refert Celſus
in artuum doloribus, quoſdã, cum uno anno à uino, mul-
ſo & uenere, ſibi temperaſſent, ſecuritatem totius uitæ cõ-
ſequutos. Atq; idem colligit, raro uel caſtratos, uel pueros
ante fœminæ concubitum, & mulieres, niſi quibus men-
ſtrua ſuppreſſa ſint, tentare eum morbũ. Illud non prætere
undum, quod eſt in problematis Alexandri, Aquã qui bi-
bant, ſenſibus eſſe quàm alios omibus acutiores. Nam ui-
num ſpiritales maxime uias obſtruere, & ſenſus obtunde-
re. Et Cicero ait, Vinum ægrotis quia prodeſt raro, nocet
ſæpiſſime, melius eſt non adhibere, quàm ſpe dubiæ ſa-
lutis in apertum periculum incurrere. At uenus utcũq; ha-
bito

bito homine uentrem refrigerat, & exiccat, teſte Ariſtote-
le, quoniam in concumbendo excernitur calor, & ex eua-
poratione quæ fit ibi ſiccitas redit. En ſobrietatem & caſti-
moniam, duo ſanctiſſima uitæ inſtituta, principem hac in
re obſeruationem, ſummum præceptum, rei caput, extra
quod periculum non eſt. Nam de alijs ibi fugiendis haud
perinde metuendum, quod medicinam moratur quidem,
aut omino etiam impediunt, uitæ tamen ad diſcrimen nõ
inducunt.

DE SALE NON ADHIBENDO Cap. XVII.

INter quæ de ſale quoſdã ſollicitos agit, cur
eo per tempus dietæ huius uti uetitum ſit, cũ
ſalubrius alioqui nihil humano corpori per-
hibeatur, nec intelligere ſe dicunt, quomo-
do nocumẽtum ex eo ſit hac in ægritudine,
quæ ex ſanguinis corruptiõe eiuſq; putrefactiõe tota pro-
ficiſcitur, cum ab utroq; horum unus omniũ maxime ſal
præſeruet ac uindicet: Quinetiam aſtringit ſal, exiccat, al-
ligat, & depurgat, quæ omnia eradicãdo hoc morbo, ſum-
me quærenda putabantur, ac neceſſario adhibenda. Pri-
mum quidem, corpus ibi, quia diſſolutum & concuſſum
eſt, deinde quia influctiones corriuati humores, ad extre-
mum, quod rei caput eſt, quia uitiatus ac ſorde infectus
ſanguis, ex toto impuratus ibi habetur, quoniamq; nihil
aliud eſt morbus hic, quàm quædã propter turbatum ſan
guinem, immutata corporis conſtitutio. Haud aliter, at-
que ubi inuaſit rempub. aliquam Seditio, ſæuitq; ani
mis ignobile uulgus, dirimuntur con-
nexa omnia, ac loco mouentur, nec ſibi cohærent, ni-
hil ſtat, nihil ſibi conſiſtit, nulla tranquillitas, ſeda-
tum nihil, turbata omnia. Quam corporis immutatio-
nem, membrorum concitationem, ac compaginis huius

 quaſſa-

quassationem, omnesq; has turbas, quẽdam quasi superuenientem pietate grauem ac meritis uirum, senem, ac prudentem & primariæ in republica auctoritatis. Qui ut ille ait, Regat dictis animos & pectora mulceat, sic intercedẽtem commotis omnibus salem, qui concitata sedet, dirempta uniat, ac connectat, distracta reuinciat, turbata tranquillet, omnibus quietem, securitatem omnibus inducat, astringendo ut dixi, desiccando, alligando, & depurgando. Iam Plinius quantam & quàm necessariã salis uim arbitratus est, Sine sale inquit uita humanior degere nequit. Ergo igitur aiunt illi, quod alibi om̃ia conseruat, quomodo hoc in morbo corrũpere aliquid potest? Et cum hac in curatione danda præcipue opera sit, corrupti humoris nequid abundet, sal uero sordentes om̃es humectationes resoluat ac emendet, & fluxionem corporis compescat, credibile erat, copiosius quàm alibi, indulgendum sali. Verũ alia circa tractationem hanc habenda ratio est. Et primum quidem in totum quod ad morbum hũc pertinet, quomodo à salsis non omnibus, sed ab his quæ copiosius acuta sunt, temperandũ ægro sit, à medicis petatur, rem eam ad plenum multo iam ante prosequutis, ad præsens, quod & Guaiaci medicamentum quæritur, possumus dicere, quãquam in omnibus alioqui neruorũ passionibus, & in his qui ex sanguinis deprauatione pullulant, morbis, quæq; ex flaua uel atra bile, aut salsa pituita sunt ægritudinibus, aduersum salis usum, nisi exiguũ admodum, sciunt oẽs, quod is acumine suo, bilem acuit, sanguinemq; adurit, & natiua siccitate humores illos corporis fomentum arescere facit, & idcirco omnia ualetudinis subsidia auertit & interimit, tamen circa Guaiaci administrationem, totum uniuersum salis usum interdicunt ea ratione, qua acuta prætercam, & facile penetrantia omnia, & in his aromatica, & uinum, quod omnia huiusmodi acredine sua & ui penetratiua, meatus omnes patefaciunt, altiusq; pertingunt, quo

grassante per corpus impetu, Guaiaci interim operi locus esse minime potest. Quod si cui hæ minus satisfaciant rationes, ei ego dixerim quod de Magnete ferunt physici, si allio perungatur, non attrahere ferrum, cum sic quãdam subesse occultam & haud dum satis cognitam Guaiaco uim, & hoc maxime proprium salis usum ut abhorreat, pessumq; eat, inducto eo. Atq; hæc de salis fugiendo hic usu. Nunc de eo unde omnis dietæ huius ratio dependet, uictus scilicet tenuitate, & inedia quemadmodum emacerandum sit corpus.

DE VICTVS TENVITATE & fame ibi necessaria. Cap. XVIII.

ET de uictus quidem exiguitate, ac subtrahẽdis ægro cibis, & inducenda fame, quanquã dictum erat prius, tamẽ peculiariter hoc iterum loco admonẽdum duximus. Non quidem alia eius quia causa sit, quàm quod corpus quærit medicina hæc exinanitũ, & ab om̃i repletione liberum, sed ut ostendam, aliquem fuisse etiam apud ueteres huiusmodi curandi ægros modum, atq; apud Diodorum quidem legere est, Aegyptios uel ieiunio, uel uomitu, ægros suos curare. Asserunt enim ut inquit ille, ex ciborum superfluitate inprimis creari morbos, eã ergo ad ualetudinem curam esse optimam, quæ morborum principia auferat. Proinde desinant quidam impatientius hanc ferre dietam. Illi inquã ebrij, illi crapulæ dediti intẽperantes homines, quibus ut Persius ait, Summa boni est, uncta uixisse patella, quibus uel unũ sine cibo semidiem uiuere grauissimum est, quorum ut ille ait, deus uẽter est, quibus & ars & uita sagina, quandoquidem tantillo labore, tãto depulso malo, tam ingens cõciliatur bonum. Ac periculum ibi iactare desinant, quod ex imbecillitate, quam inducat fames, proueniat, quasi qui sic cœnet, possit unquam deficere, cum Plinius dicat, intra septimum diem inedia ne-

minem mori, plerosq; ultra undecimum quoq; durasse, Et
Albertus scribat, suo tempore in Germania fuisse fœmi=
nam, quæ sine cibo dies quandoq; uiginti totos egerit, sæ=
pe etiam triginta. Et uirum se uidisse, qui sine cibo septem
perseuerauerit hebdomadas, alternis tantum diebus aquã
exorbentem. Iterumq; Plinius dicat, compertum sibi Scy=
thas in duodenas nõnunquã dies, fame & siti durare, quas
dam solum herbas in ore habentes. Amonium philosophũ
Christianum nunquam edisse nisi panem assum ferunt.
Quod si reputet quis, & illud etiam meminerit, ab histori
cis traditum, ex Magis olim quosdam, præter farinam &
olera in cibũ nihil adsumpsisse. Et Diodorum scribere, pri=
scis Aegyptijs, herbas radicesq; uictũ fuisse, ac Hesiodũ
monere, malua & asphodelo uictitãdum, quo item uictus
genere contentum interdiu Epimenidem, Plato in legi-
bus meminit. Si quis hæc sibi proponat inquam, & consi=
deret, tum uero inueniet, laute nos ex hac dieta uiuere, &
pœnè plus quàm opus sit adsumere. Quod si magnum es=
set etiam tantillum abstinere à cibo, quis est ita tamen ini=
micus sibi, qui non hac molestia salutem sibi cõparandam
ducat? qui non malit triginta dies famem, quàm in omni
uita morbum ferre? aut potius tot dieculas esurire, ut in re
liquum uitæ tẽpus incolumis & sanus existat, quàm per=
petuo magnis ut doloribus crucietur, ac sanie & tabo dif=
fluat, exiguam fugere molestiam? Duxi autem non no=
uum esse hoc curationis genus, semper enim optimi me=
dici, abstinentiam indixerunt ægris, inter quos Asclepia=
des, ut Celsus prodit, febre ipsa præcipue ad remedium
uti se professus est, conuellendas putans ægri uires, luce,
uigilia, siti ingenti, sic ut ne os quidem abluere primis die
bus sineret. Continentia inquit Eusebius, corporis uale=
tudinem conseruat, & animi pudicitiam. Quo argumen=
to carni

to carni simul, & animæ utilem esse, modicum & tem-
peratum cibum cognoscitur, testante Timotheo, qui cum
apud Platonem cœnasset aliquando, atque is suo more ci=
bum apposuisset, ad suos post conuersus, dixisse fertur,
Quos cœna exceperit Plato, in posterum etiam bene ha
bent. Hoc innuens scilicet, nimiam repletionem, aut fer=
culorum uarietatem, & copiam, ac opipere conditos il=
los cibos, crudam consequi percoctionis molestiam. Vn-
de post obuium forte Platoni. Vos o Plato dixit, in se-
quentem magis diem bene cœnatis, quàm in præsentem.
Porro apud Lucianum Pythagoricus ille Gallus, ut ma-
gnum deorum beneficium Mycillo imputat, quod omnẽ
semper febrem inedia repellere sciat. Ob idque huiusce-
modi morbo uocat.
Iam quale putandum hoc, quod diuus Hieronymus scri-
bit, morbo articulari & podagra laborantes quosdam,
proscriptione bonorum, ad simplicem mensam, & pau-
peres cibos redactos conualuisse? caruerant enim sollici-
tudine inquit dispensandæ domus, & epularum largita-
te, quæ & corpus frangunt & animam. Et paulopost. Ni-
hil ita obruit animum ut plenus uenter, & æstuans, & hûc
illûc se uertens, ac in ructus & crepitus uentorum effla-
tione respirans. Illa autem, quàm multis documento erit
historia, quæ legitur, de uẽtricoso quodam & obeso Ab-
bate? Is cum ueheretur ad quasdam thermas, obuium ha
buit nobilem quendam, qui percontatus, quo proficisce-
retur, respondit Abbas, in balneas ire sese Tum ille,
quam ob causam quæsiuit, & an aliquo laboraret mor-
bo? Abbas morbi quidem esse sibi nihil, nisi quod eden-
di appetentiam quæreret, eam nuper deperditam ut re-
cipiat, adire calidas aquas, in hoc remedium salubres,
Cui tum ille. At in hanc rem melior ipse ego medicus
sum

sum inquit, abductumq; Abbatem in profundum, ac tenebricosum quendam demissum carcerem, aliquot dies, inedia macerauit, post interrogans, num iam appetat cibum? Ille adnuente. Dignum est igitur ait, mercedem mihi pro medicina ut soluas, & ducentis aureis nummis multatum dimisit, sanum iam, & in tantum cibum appetentem, ut fabis etiam & oleribus uesci posset, cum prius delicatissima quæq; respueret, bellum facinus in eum qui nō esuriendo cibum, sed satur esuriem quærebat. Sed hæc longius forte quàm oportebat. Igitur ad alia, si hoc claudendo prius dixero medicamentum Guaiaci, uentrem requirere, in quo nulla ciborum uarietas, intestina tumultu fluctuet, nō inpletum temere, ab omni uaporum cruditate mundum.

FAMES QVO ETIAM PACTO ferri facile possit, Cap. XIX.

AT q; hæc ciborū parcitas, nō ferri tantū pōt, sed facile etiā pōt, ob uim quæ adest Guaiaco, attenuato corporis robore, uitā conseruādi & efficiēdi, ne omino cōmendat æger. Recte igitur monui, quantū fieri possit, abstinēdum à cibo ægrum, eiq; si deficiat, non cibo quidem, sed illis succurrendum esse, quæ dixi, quantum possint odoramentis ori admotis, & illo inprimis calenti pane. Quod si defluere & collabi sentiat aliquis se omnino, quod nescio quomodo fieri possit in quopiam, cum mihi in tantū nihil tale cōtigerit, subuentum ut oporteat, tunc ad illa recurrēdum suaserim, quæ Plinius putat, exiguo etiam gustu famem sedare, ac sitim restinguere, butyrū & glycirrhizam, aut sequēdum ibi Celsum. qui sic ait, unum illud est, semper quod ubiq; seruandum, ut ægri uires subinde assidens medicus inspiciat, & quamdiu uires supererunt, abstinentia pugnet. Si imbecillitatem uereri cœperit, cibo subueniat. Nisi hoc sequi aliquis malit, quod Gelius tradit, scripsisse Erasistratum, Scythas, ubi ex quauis causa sit usus

mem diutius tolerare, latioribus fascijs uentrem strictissime cohibere, & circumligare. Ea uentris compressione, esuriem posse depelli, aut patientius ferri credentes, nam cum ut idem tradit, ex inanitate sit fames, eam q; patentes intestinorum fibræ, & caua intus hiansq; uentris uacuitas efficiant, constricto autem uentre expleatur ea, ut uacuū coēat, famem esse non posse, ubi ista non sint, & inediam facile ferri. Quanquam inediam quid dico, quæ in hac curatione non est? famem dicere potui, quantulumcunque est hoc, quod ferre quidā grauātur. Tollerabilis est enim, etiam si aliunde opem quis accerset penitus nullam. At illis molliculis ægrotis, quid potest esse leue, cum non tantum fames impatientes sint, sed etiam nō appetere cibum intollerabile sibi ducant. Qui, à dijs immortalibus petendum est, si quando ægrotant nunquam ut conualescant, quandoquidem tantillo impendio, ualetudinē emere grauissimum quiddam opinantur, de quibus meo more fecero, si latius admoneam, præsertim ut plurimum in Germania nostra errari sic cum uideam.

CONTRA LVXVM, PARSIMONIÆ laus. Cap. XX.

QVod faxit deus Opt. Max. aliquando se ut noscat hæc natio, non tam quia indignum est, orbis imperatore populo sic uiuere, quā uel potissimum, quod magnorum nobis sæpe malorum, summi passim contemptus causa est hæc crapula. Atque alij quidem, si quantum possunt edant ac bibant, transire se legem naturæ putant. Nos quātum haud ferimus dum ingurgitamus laudem etiam quærimus. Quid ista sibi uolunt enim potatorum certamina? istæ pugnæ? quando, qui plurimum bibit, maxime apud conuiuas applausu excipitur. Quando uicisse bibendo gloria est, inebriari ac euomere nōnunquam haud turpitudo. O patriam, O imperium. Nihil illos moror Po

Ionos, aut si qui alij sunt, magis etiam quàm nos ebriosi, hanc dico nationem, dignitatis suæ ratione habere oportuisse, nisi credibile est ludibrio nostri, non uirtutis maiorum nostrorum reuerentia & opinione, concessisse sub imperium hoc reliquas nationes. Certe profecto alij fuerunt illi, quibus hic habitus honor est, quàm hi qui sic cõtemnimur, necesse est. An puer in Italia est, qui alio nos, quàm ebrietatis cognomento discernat? Nos igitur illi cum simus, quorum prius flagitium in ore exteris est, quàm in mente humanitatis suspicio, aut nõ hanc mutamus uiuendi consuetudinem, aut illud nullo pudore, tanquam indigne refugimus honestamentum? Vel non aliquando futurum metuimus, ut turpius imperij titulum pariter & fructum amittamus, quàm gloriose imperandi munus oblatum nobis ultro accepimus? Tunc scilicet, cum sobrios illos, & ratione uincentes homines, sub ebriosa & humanitatis experte barbarie, pati dominium? Quod si in nostrorum hominũ sensum non cadit, suum intelligere dedecus, at perniciem agnoscamus tandem. Et si tanti gloriæ iacturam, animorum dedecus non facimus, quo minus perdite uitam degere libeat, saltem ibi sapiamus, ut corporum sit integra nobis salus, quæ in his cõuiuijs, hac crapula, his computationibus, quas ut Satyricus inquit,

Circumsilit agmine facto
Morborum omne genus,

esse non potest nisi adflicta & misera, sed mentẽ exuit Germania, ac sui obliuiscitur, non tota illa quidem, sed in Germania plurimi. Hi sunt qui in cœnam producunt prandium, cœnam in plurimam adeo noctem. Hi sunt, quorum flagitio factum est, ut magna huius patriæ infamia cecinerit externus poëta, non malus ille quidem, uel ob id, quia odisse malos uidetur.

Arce sedet Bacchus, languet neglectus Apollo
Hic nihil est aliud uiuere, quàm bibere.

Quanq;

Quanquam ebriosi illi, per insaniam errantes cõtemni poterant, illi uero, qui laute cœnando, ac molliter uestiendo, in medium se delitiarum pelagus, præcipites cõiecerunt, communi omnium odio digni censentur. Hi sunt, qui in coaceruatis puluinaribus supini cubantes, quicquid terra mariq; conquirere licet, non ut uitam sustentent, sed ut gulam oblectent insumunt, qui non nisi mollissimo uestiuntur lino, quos purpura tegit, qui tenellulis murium pellibus, non contra frigus muniuntur, sed per delitias fulcire gaudent. Hi sunt, qui ad uulgaris panni attactum offendũtur, sericum aliunde petunt, quorum cutis non fert, nisi Milesium aliquod uellus, aut si qua sunt Milesijs adhuc teneriora, qui in compotationibus consultant, in consultationibus potant, qui serium nihil tractant, omne in conuiuijs æuum agunt. Non in tota hæc iterum dico Germania fiunt, sed tamen quod extreme pudendum sit, apud illa fere Germaniæ capita, illos nobiles, qui cotidianis saginati epulis, ad illas sese accommodant, pontificales cœnas, in illis delitiantur ganeatis popinationibus, unde prius omnia tulerint, quàm auersos se trahi patiantur. Quibus uitæ scopus est, uentris indulgentia, in quos solos, si unquã tales in Germania bæluas futuras suspicatus esset dicere potuit Salustius hoc suum, Multi mortales dediti uẽtri atq; somno, indocti incultiq; uitam, sicuti peregrinantes transiere. At secum aliquis reputet, quæ fuit illa tempestate, de Germaniæ populis Romanorum opinio, & sibi ante oculos ponat, quale monstrum, quàm inuisum haberi tunc potuerit, ista nostra, quæ hodie est gulæ demulcentia. In qua ubi bonam uitæ partem egimus, & ea inde retulimus, quæ necessario hoc uitæ genus sequuntur, innumeras scilicet morborum species. Ibi tum nõ culpam nostram agnoscimus, sed deum quoq; crudelitatis accusamus, & cum morborũ semina tanto nobis impendio, tam magnis sumptibus comparauerimus ipsi, & clades ultro nostras

 alamus

alamus, ac patrimoniorum nostrorū dispendio foueamus morbos, tamen in aggeribus ceruicaliū prostrati, ubi manibus ac pedibus capti tenemur, incusamus naturam, & dolores nostros deo imputamus. Neq; enim aliud faciunt tunc gulones hi, quàm illi apud Iuuenalem, qui,

Missum ad sua corpora morbum
In festo credunt à numine, saxa deorum,
Hæc & tela putant,

Atq; utinā aliquando ad illos redeamus, ex auena pultes, & istis ut prius amiciamur laneis indumentis, ut uestibus singulos prope artus exprimentibus, ut huius pigeat serici, has odio persequamur infinite sinuosas togas. Quid aliud sunt enim ista omnia, quàm patrimoniorum prius nostrorum dilapidationes, deinde morborum quoq; propagines? Sanè maiores nostri, cum parcissime obseruarent, maximas res, magna cum gloria gesserunt. Nos, qui ut iucunditatis affectationem impleamus, uenena quoq; cibi uice usurpamus, quāto iam tempore, quàm nihil fecimus Germania dignum? Præstabat barbaros & dici & haberi, in illis ut tunc sordibus, quàm in hac luxuria, hoc dedecore ingeniorum palmam aucupari. Quid dicat igitur Magnus Carolus, si ad nos redeat, & illos uideat bissina uti summa ueste principes nostros, cum ipse lorica uestiretur interula? Aut ex Otonibus illis, qui in puluere & luto uirtutem extendebant, cum nostrates unguenta sibi illinant, exquisitissime apparata. Insigne est Chrysippi maledictū in eos, qui unguentis uterentur ad libidinem, & alienam uoluptatem. Male sit istis inquit delicatis qui rem tam bellem infamauerunt, atq; hoc molles olim populi factitabāt de Germanis nemo suspicatus est, fore unguēta ut oleant. At iam thyomata & myromata & xeromata & odorum genus omne, tanquam uitæ necessariam rem adsciscimus. & olemus exotica illa ambitiosissime. Neq; mulieres tantum sic errāt, sed & uiri, principes maxime & sacerdotes.

At in Græcula ciuitate Solon diuendi unguenta uetuit, & unguētarios ciuitate pellebāt Lacedæmonij, oleum corrūpere eos dictitantes. Apud eosdem conuiuiorum apparatum & lautiores mensas sustulit Lycurgus. Grauiter etiam istiusmodi luxus genus increpuit apud Xenophōtem Socrates. Profecto alienum fuit ab antiquis Germanis, omne uoluptatis studium, remq; putabant maxime externam, utcunq; molliter se habere. Quosdam ego audiui senes qui dicebant iuuenibus sibi togam fuisse suspectam, cum nos purpuram adoremus hodie. Atq; igitur ò deprauata secula. Tegebantur illi inexcultis ferarum pellibus, & sub diu ac in castris pernoctabant, & laboribus confirmabantur, cum nos molliter uestitos, & sub peregre elaboratis illis gausapinis delitiantes, omne luxus genus eneruet, ac intertimat, Et possit sperare quis finē habituram facile hanc uiuendi in Germania consuetudinem, cum exemplum eius ab his, qui sacerdotes uocantur, emanet præcipue. Hi non in celebritatibus tātum & epulis sacrorum, sed unusquisque domi suæ, in patinarum paludibus innatant, ac uitam uocant edere & bibere, aut si non uocant, certe existimāt, atque inde alij nihil non licere sibi putant, cum hæc illi faciant. Quo fit, ut suus à Germanis patrius & genuinus mos exulet, in tantum inclinatis hic moribus ut perditissimas quasq; luxu gentes prouocare possimus. Quin potius foras propellere ista conueniebat, & quēadmodum placentæ Diogenes, ita externo isti luxui dicere, ò hospes, hinc cito proficiscere, Aliquando nos enim uel externa erudire exempla debebant, Et cum hodie regium inprimis putetur profusissime crapulari, audire Menedemum philosophum Antigono, an luxuriosum conuiuium adeat percontanti, respondentem, Memento regis te esse filium, aut uero Antisthenem, qui delitias laudante quodam, Inimici inquit delicate uiuant. Inscriptū cordibus nostris debet esse Pauli oraculum, Escæ uentri ait & uenter escis, de-

us autem & hunc & illas abolebit. Idem cum opera carnis
damneſſet, inter quæ ebrietatem & comeſſationem poſue
rat, ſubdit, de quibus prædico uobis quemadmodum &
prædixi, quod qui talia agunt, regni dei hæredes nõ erunt
At illi hæc agunt nunc, qui in regnum dei duces nobis eſſe
debent, ſacerdotes, canonici, epiſcopi & pontifices, in tan-
tum ut per Germaniam prouerbij uice ſit ſacris initiari de-
bere eum, qui uelit ſuauiter uiuere, quaſi hæc illos impri-
mis uita deceat. Aui mei Laurentij Hutteni in literas refe-
renda frugalitas, magno nobis ad gloriæ ambitum incita-
mento eſſe debet. Is cum locuplete eſſet cẽſu, ac in magnis
etiam principum noſtrorum negotijs, domi pariter ac mi-
litiæ uerſaretur, in ſuam domũ, piper, crocum, zinziber,
& id genus peregrina condimenta, nunquam admiſit, nec
alio ipſe, quàm ex noſtra lana ueſtimento uti ſolitus eſt, cũ
ob bene geſtam rem, pretioſe illi quandoq; ueſtes donarẽ
tur. Idque non tantum faciebat ipſe, ſed magno etiam a-
pud æquales ſuos, conuicio mores hominum inſectaba-
tur. Quaſi non apud nos inquiens naſcatur, quo ſi gulæ
oblectamentis opus ſit, condiri noſtra poſſint, aut ueſti-
mentorum corporis pretium, animi qualitatẽ arguat. Sed
de hoc uiro, ne meã ibi gloriam captare uidear loqui de-
ſinam, ſi hoc prius dixero, ita ſentire me, non perinde pul
chrum eſſe ex hac familia, ubi quædam alioqui iactatio-
nis materia inuenitur, quàm illius nepotem qui ſic uixerit,
naſci. Et maiores quidem noſtri, ac illi quos adhuc uidi-
mus pueri, ſenes, cum ſic cœnarent, ſic ueſtirentur, bene
conſtitutis corporibus fuerunt, & contra famem ac ſitim,
frigus & æſtum, per laboris patientiã induratis, cum nos
ad primas ſtatim pruinas, manus ac pedes contrahamus,
ac incipiẽte ſtatim hyeme, triplicibus muniamur pellibus
aut intra illa nos recondamus tepidaria, unde non eximus
niſi ad mediam iam æſtatem torrente & caloribus omnia
adurente ſole. Cum inquam uix decimus quiſq; nunc re-
periatur

periatur in Germania nobilium, qui non aut podagra la-
boret, aut articulari morbo crucietur, aut hydropiſi infe-
ſtetur, iſchia, lepra, aut illa maxima ſecum mala inuehen-
te morbo Gallico diuexetur. Aliquando igitur ad nos re-
dimus, & illam hac natione, hoc imperio dignam ingre-
dimur uitam? Quam etiam qui, ut hi quos dixi, molliter
nimis uiuunt, tamen laudari apud ſe patiuntur. Neq; enim
quemquã fere iſtorum eſſe puto, qui etiam ſi ſtudio omni
mollitiẽ colat, & indulgentiſſime circa luxum uiuat, non
in alijs tamen oderit eam uitam. Niſi eſt adeo per inconti-
nentiã excæcatus quis, ut iſtos amet perdite moratos Sar-
danapalos & Heliogabalos, aut multorum diuerſi inſtitu-
ti parſimoniam oderit. Profecto amabilis eſt uirtus, etiam
apud eos à quibus poſtergatur. Vetus Catonis condimen
tum eſt, pultem miſcere caſeo & ouo. Illis autẽ uere Ger-
manis olim, ut adhuc hodie multis, pultem ex auena cibũ
fuiſſe Plinius refert. At nos tranſmarina cœnamus, tanta
neceſſitatis opinione, ut decretum omnibus paſſim patri-
buſfamilias ſit, quæ hic proueniunt uendere, ut illa eman-
tur. Quæ res una locupletauit Fucheros, qui donec nos ſic
curamus corpora, ſoli pecunias habent in Germania, ſoli
magnificas ædes ac ſpecioſa ædificia. Quippe in tantum
creuerunt, illi uoluptatis noſtræ miniſtri, ut eorum opes,
ante cuiuſlibet ex his principibus cenſum habeãtur. Adeo
extra nos peregrinamur, adeo non intelligimus quæ mo-
do decoquat Germania. Quare ſic puto prudentiſſimum
fuiſſe, ſi quis omnino, qui ſuperiori ætate hunc metuit na-
tioni noſtræ luxũ, has uitæ illecebras, unde tot peſtes, tot
pullulant morbi, omnibus palàm uidentibus, ab his ſecu-
ros agere, qui illis æquo animo carent. Et qui noſtris her-
bis, ſunt adhuc aliqui enim Germani, condunt, beneha-
bitis, ut plurimũ corporibus uiuere. Illos contra, qui digi
tos habent croco infectos, & cinamomũ ructant, ac gario
phyllum ſpirant, & in ueſtium luxu delitiantur, omnibus
paſſim obnoxios ægritudinibus. Quã proprie igitur locu-

pletem podagram appellat Satyricus, quod egentes fugiat, & abstemios, apud diuites ut plurimum hæreat, crapulones, ebrios, & delitiarios, qui ut idem poëta inquit.

Interea gustus elementa per omnia quærunt.

Itaq; cum affatim producat hæc terra uitæ necessaria, tamē quasi à natura derelictis, ad externa confugiunt, uestes, cibos, medicinam, ab Herculis columnis, à Taprobana insula, à Gange fluuio, aut quæ loca istis adhuc longinqua magis sunt, & à Nili propè ortu petentes. Dij mortuis irascantur, qui hoc in Germaniam malum admiserunt primi. Rem fecerunt enim indignam Germana grauitate. Nam tales haud fuerunt illi ueteres, id quod mecum increpare decet optimum quenque, Et qui potiores

Herculis ærumnas credat, sæuosq; labores,
Et Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.

At ò Christe quàm delicata, quàm salubria alimenta sunt, ex siligine aut tritico panis, ex milio, oriza, ptisana & auena pultes. Adde olerum tot species, adde hortensia condimenta anisum, coriandrum, cyminum, fœniculum, adde sinapi, erucam, cepe, porrum, allium, & quod si Plinio crederemus, peculiarē in condimentis gratiam habere debuit apium, & potus uice cereuisiā. Adde etiam pro diuitibus uinum, simplicem & syncerum ut Apollonius sentit, terræ potionem Idq; parce bibatur, siue in Francis natum, siue ad Rheni ripas. Adde ex nostris animalibus carnes, hinc cicurū, inde ferinas, iniucūdo nequaquā sapore. Nec arborum contemnendi fructus, quā diues est Germania, quàm abundat uitæ alimentis, quā affatim suggerit necessaria? Meum igitur summū uotum est, ne unquā podagra, unquam morbo Gallico careant, qui pipere carere nō possunt. Et ut aliquando misere famē ferre cogantur, qui nūc undiq;, non cibum quo uiuant, sed quibus gulam irritent, ac appetitum inuitent illecebras quærūt. Atque his quàm sancte inuidit Galenus, quando ab ebriosorum & gulæ dedi-

deditorum hominum, si quādo ægrotarent, curatione interdixit medicis. Redaceruant enim cito, inquit, per uitæ intemperantiam, crudas humores, ut frustra euacuentur isti. Cito expletur, Hieronymus ait, naturæ necessitas, frigus simplici uestitu & fames cibo expelli potest. Anaxerxes Persarum rex, ad eam aliquādo necessitatē redactus, ut ficis aridis & pane ordeaceo uesceretur, rerum uarietatem simul & suam fortunā contēplatus, cuiusmodi inquit uoluptatis expertem me regalis fecerat affluētia? Quo exemplo intelligere datur, quod hi qui parce uiuūt & sobrie, soli in luce uersantur, & uiuere se intelligunt, qui contra indulgent corpori, ac omnia sibi ingurgitant, in quibusdam quasi tenebris errantes, non sentiunt suam ipsi uitam Tantum abest iucunde ut uiuant, quanquā sentiunt paulopost, in morbos ubi inciderunt, & tunc quidem cognoscere incipiunt, quam uitā, quo præmio delegerint. Nam ut Persius ait, Cum lapidosa chiragra

Fregerit articulos ueteris ramalia fagi,
Tum crassos transisse dies, lucemq; palustrem,
Et sibi iam seri uitam ingemuere relictam.

Ergo dubitamus, quæ tot morborum causa Germanis sit, cum meminerimus adhuc, cum illo luxu, has inuasisse corporū clades. Iam enim, ita ganeæ ita delitijs studemus hic, ut uideamur quasi proposito præmio, cum alijs extra populis, de turpiter uiuendi principatu contendere. Habemusq; hanc ad rem, nō imperitos quosdam ministros. Hi ex ultimis terris, conquisita ad nos gulæ irritamēta conuehūt. Hi quod edamus atq; bibamus & quo uestiamur, miro studio peregre important. Quod cum diu iam magno suo, ut prius dixi, commodo fecerint, adeo quosdam delicatos reddiderunt, ut hic uiuentes, Corsicum bibant, & ab Italis petita cibaria insumant, contra Romæ quando sunt, eo quod apud Rhenum nascitur, aut quod Neccarus gignit uino utuntur. O peruersam uiuendi consuetudinē.

O rem odio dignam, uel idcirco magis quod epiſcopi ſunt qui faciunt iſta. Quales ego homines à dijs immortalibus cum Philoxeno illo, ut eſt apud Ariſtotelē, optare credo, collum gruis dari ſibi. Ariſtophanes Syracuſanorum mēſas, & Sybaritarū luxus notat, ſuggerebant hoc ſua illi tēpora. At nunc idem ille ſi uiuat, quo ore, quo ingenio ſatis iſta culpare poſſit noſtra prandia, noſtram ingluuiem, noſtras compotationes? Audiant igitur omnes, qui uirtutibus excellere uolunt, & ingenio qui uolunt, Pythagoram dicentem, hominem ex homine, nihil altū cogitare. Id eſt incontinentem & luxu diſſolutū, donec quidem in ea uita ſit, nihil poſſe ingenio, nihil anĩo uti. Homini cibus utiliſſimus eſt inquit Plinius, ſimplex, aceruatio ſaporum peſtifera, & condimenta pernitioſiora. Hæc Perſius intellexit, cū ſic frenderet

Poſcis opem neruis, corpuſq; fidele ſenectæ,
Eſto age, ſed grandes patinæ, tuccetaq; craſſa
Adnuere his ſuperos uetuere, Iouemq; morantur.

Apud Ciceronem Cato inquit, libidinoſa & intemperata adoleſcētia, effœtum corpus ſenectuti reddit. Atq; idem ſuadet, tantum cibi & potionis adhibendum ut reficiātur uires, nō ut opprimantur ac hominis menti, quod diuinū munus ac donum uocat, nihil tam eſſe inimicū quàm uoluptatem putat. Nec enim libidine dominãte, temperãtiæ locum eſſe, nec omĩno in uoluptatis regno uirtutem poſſe cōſiſtere. Magnamq; habendā ſenectuti gratiā cēſet, quæ effecerit ut non liberet, quod non oporteret. Impedit enim inquit conſilium uoluptas, rationi inimica, ac mentis perſtringit oculos, nec habet ullum cum uirtute commertiū. Igiturq; bene cum ſenibus agi putat, quod cū careant epulis, extructiſq; mēſis, & frequētibus poculis, interim uinolentia quoq; careant, cruditate & inſomnijs, quæ iſtam cōſequuntur mollitiei indulgentiam, morbi ex ſatietate nimia cōcitantur inquit Hieronymus. Scitum eſt hoc cuiuſ-

dam noſtratis medici, qui cū ægro cuidam, qui ueteres in tibijs fluctiones patiebatur, mederetur, atq; is crapulę eſſet deditus, & fortiter biberet, nec minus tamen quereretur nihil proficere medicamina, q̃n multo etiã, quàm à principio magis fluere ulcera, Iſta quidem inquit fluere deſinēt, ſi tu infundere deſinas. Galenus athletas, quorū uita & ars ſagina eſt, nec uiuere poſſe diu, nec ſanos eſſe dicit, animaſq; eorum, ita nimio ſanguine & adipibus quaſi luto inuolutas, nihil cæleſte, ſed ſemp̃ de carnibus & ructu, ac uentris ingluuie cogitare. Antiqui Romani menſam neceſſariā uocabāt, quæ tenuis eſſet & frugi. Et apud Græcos literis clarorū uirorun decantata eſt ὀλιγοσιτία. Eſſei quoddā apud ueteres Iudæos philoſophorum genus, ab Ioſepho laudātur, quod ieiuniū cotidianum uertiſſent in cōſuetudinē & alteram naturam. Phariſeorum idem cōtinentiam effert. Qui nos perditos uoluit olim, hanc credo uiuendi conſuetudinē imprecatus eſt. Itaq; tam ſollicite M. Cato, ut eſt apud Plinium, cū timuerit, ne quãdo, cū ſua mollitie, ſuoq; luxu, in Italiam inuaderēt Græci, quis ex noſtris maioribus cauit, neq̃d unquam iſtorū uenderetur in Germania condimentorum. Pereat piper, pereat, crocum, ac ſericū pereat. Aut ſi quis apud alias gētes, iſtorum uſus eſt, ſaltē ea neſciat hæc natio, aut nunquam uideat. Noſtratibus uero hanc mentem indat Chriſtus Opt. Max. ut antiquorum ad ſe reuocent frugalitatē, & maiorum ſe parſimoniæ conforment. Quanta animi magnitudine barbarus Anacharſis iactat uitę inſtitutū. Mihi pulpamētū inquit fames, cubile ſolū, ueſtis ſcythicum tegmen. Ebriū Aeſchinē, abſtemius Demoſthenes, ciuitate expulit. Socrates aliquando exoſus ganeæ deditos, & q̃bus in ſolo uiuēdi eſt cauſſa palato, multi idcirco ut edãt ait et bibãt, uiuunt, ego ut uiuã edo & bibo. O uere ſapientē & dignū Apollinis cōmendatione uirum Memorabile & hoc eſt Græci poetæ.

Ventris habenas oportet tute regas.
Quid ille? qualis fuit, quem omnes ut uoluptarium incessunt, Epicurus? qui in uoluptate posuit summũ bonum? Certe hoc quicquid est, quod tanti faciebat, simplici panis & aquæ usu constare putauit, & uictum laudauit tenuem ac parabilem. Scribensq; ad amicum, Et mitte inquit mihi casei Cithridi paululum, ut cum epulari pretiosius uolue-ro possim. Anaxagoras dicebat, qui suauiter edit, minimũ eget obsonij. Porphyrius animũ ieiunio expurgari debe-re præcipit. Apud Philostratum Porus Indorum rex corporis firmitate & mẽbrorum fortitudine suspicitur, aqua & pane uitam degens. Masinissa ad nonagesimum usque annũ sine pulmento uictitauit. Mithridates Ponti rex, qui annis. XL. cum Po. Romano bellum gessit, stans uesci solebat, tantum abfuit, nostro more in plumis ut adcumberet. Titus Liuius de Annibale scribens, Cibi inquit potionisq; desiderio naturali, non uoluptate modus finitus. Vigiliarium somniq;, nec die nec nocte discriminata tempora, Id quod gerẽdis rebus superesset quieti datum, ea neq; molli strato, neq; silẽtio accersita. Inter laudes Augusti Cæsaris præcipuum est, cibi ac potus fuisse parcũ. Hæc tam præclara, tam salubria uitæ exempla, ut mente & corpore ualeamus, proponere nobis non malimus, quàm utrinq; ut ægrotemus, ad istorum cõtra naturam uiuentium gulonum molliculorumq; hominum mores, uitam instituere. Agite autem Turcæ & reliqui extra religionem hanc populi, uolent unquam effici Christiani cum nos sic uiuere uideant? Sed futurum credo, ut suis edocta malis, resipiscat gens nostra. Nunc ad institutum redeo, & quia de uictus tenuitate sermo erat, dicam an qui circa uictum sic habet, cum uel sine Guaiaci, quod putant aliqui potione restitutum iri putem.

AM SOLA HAC DIETA POSsit restitui quis? Cap. XXI.

DE probis nulla debet esse mala opinio, ne suspicio quidem. Hi certe uulgo medici disrumpuntur, tantũ posse medicamentũ hoc, & solum posse, ac præter suam operã posse. Ita fremunt, multos passim repẽte sanari, à quibus perpetuũ sibi stipendium conceperãt, iuge lucrũ destinauerant. Quare etiã ptinacissime pugnãt, ne unquã suis placitis, quod futurũ timent, fidem abroget. Nuper quidẽ nugalia quædam prædicauerunt, si ex animo, errori imputãda, sin uero inuidia, flagitio, sola hac dieta, & quæ in curatione per Guaiacum præscribitur uictus ratione, quamuis neq; à Guaiaci decocto bibat quis, neq; ullam om̃ino medicinam adsumat, posse restitui ægrũ. Vidiq; ipse qui promitterent iuniperi scobem, & quercus aut fraxini, uel pini, aut omniũ simul limaturam, decocturos se, neq; si id faciant dubitare, quin eosdem contra morbos, eodem effectu mederi uelint. Quod ad opus quanquam ualde suspicor, maleuole conari eos, tamen optimã, & è suo uoto fortunam precor. Quid posset enim felicius euenire nationi huic, quam in nostris hoc syluis nasci, quod tam peregre alioqui petitur, tanto nobis remedio sit? Sed ualde metuo, temere promissum hoc ab ipsis, eos frustra conari, cũ quia grauiorem esse morbum hunc existimo, quàm fame qui non etiam adhibito medicamento, præsertim altissime, ut plerumq;, radices ubi fixerit, repelli possit, tum uero, quia si hæ quas dixi arbores, tale quid ipsæ possent, tam diu incognitam uim, utpote uernacularum nobis, futurã haud fuisse. Experiantur illi tamen. Quod est aliud enim medicorum officium, quàm cotidie indagare aliquid, & experimento cognoscere, ac unicuique morbo quid medeatur inquirere? Verum ego omnis interim admonitos uelim, quod in præcedentibus dixi, id credant, magnum esse quidem sicut in alijs morbis, ita uel præcipue contra Gallicum, frugalitatis præsidium, uerũ haud tale, ut pos-

ſit infectum iam ſanguinem, & morbi ueneno corruptū,
emendare, niſi quorum hæc uis eſt, medicamēta acceſſe-
rint. Vt ſi bellū gerāt duo aliqui, & hoc apud me alter ob
tineat, inimicum ſuum ne adiutem, imputare illi quidē
poſſim quod nō nocuerim, quod adiuuerim etiā haud
debeam. Ita cibi ac potus abſtinentia nō tollit ipſa quidē
morbum, ſed non alit. Quaſi dicat quis ſe neq; uincire ca
ptum cū poſſit, neq; ſoluere cum non poſſit. Dixi de po-
dagra & de articulari morbo dixi, reſtitutos ſibi, qui ad
frugaliorem ſe uictum tranſtuliſſent, aut à uino & uene
re qui temperaſſent, de hac ſcabie, & quæ illā conſequū
tur mala, in mentē idem nunquam uenit. Altius inſedit
enim, quàm ut cito auellatur, ac latius uires ſpargit, quā
paruo negotio ut colligi poſſit, atq; ita totū occupat, quē
inuaſit, ut à nulla ſeorſum parte amoueri ſuſtineat, niſi ſi
mulatq; uno quaſi impetu à toto expellatur. Mihi ſanè
magno meo incommodo multa experto ibi, fides ſit, ſo-
brie & parce uiuendo, ſi cui euadere malum iſtud liceret
iam ante effugiſſe me, qui totos tres annos, ad ſummā ma
ciē extenuaui corpus, cū interim nō teneren quidē mor
bum, ſed nō etiam eijcerē. Agite tamen ò magnifici pro
miſſores, coquite fraxinum, apparate iuniperum & pi-
nū nobis, ac ſi uidetur buxū adhibete etiam, & cornum
aut platanū, magni apud omnes beneficij gratiam inhi
bitis, ſi per uos hic adſequamur, quod alioqui tā lōge pe
tendum erat. Maiuſq; multo erit hoc ueſtrū meritū, quā
ſi efficiāt Fucheri piper ut gignat hæc terra, aut cinnamo
mū ut hic naſcatur. Ipſe ut cupidiſſime hoc à uobis, ſi un-
quam dederitis accipiam, ita priuſquam dederitis, nihil
credam in uobis tale eſſe, ne ſperabo quidē, ſępe iam fru
ſtra hiare iuſſus, illos expectare aureos montes.

QVOMODO VENTRIS IN CVRA-
tione hac, rationē habere conueniat Cap. XXII.

TOto curationis tempore parum reddit uen-
ter, idq; & ægre & durum, non tam quia pa
rū editur, quàm propter medicamenti uim,
quæ ineſt illi exiccatoria, & aſtrictiua. Quā-
quam audierim, nō æqualiter omnibus ac-
cidiſſe hoc. Quoſdam enim dicūt ſtatim à principio, liqui
da fuiſſe aluo, quoſdam perpetuo etiam. Quod mirabar
certe, cum mihi quadraginta dies ipſos, ne ſemel quidem,
niſi coacta tranſmiſerit cibum. Poteſt autē contineri excre
mentum, ut in hac dieta, in quintum aut ſextum diem, ſi-
ne periculo. Deinde limatura Guaiaci, in aqua decocta bi-
bitur ſemiuncia in aurora. Quod ſi primo nihil mouerit,
datur ſequenti iterum die, aut tertio, ſine ſic quidem reſpō
derit, tum infundenda ſubtus clyſteria, aut balani, eum in
uſum apparati, inponuntur, nam ducere om̄ino uentrem
oportet. Quem ſi quis caſſiæ potu, aut etiam uictu ſoluat,
nihil erraſſe crediderim ualde, dum ne pluſquā ſemel hoc
contingat, & eo mane non bibatur à Guaiaco. Vomitu le
uandum nō cenſeo, frigidiora enim facere corpora uomi-
tiōes, & inimicas oculis eſſe, dicit Plinius, maximeq; den
tibus. Porro quæ aluū ſiſtant, multa in hoc negotio conue
niunt. Primū quod exinanitū iam ante de purgatione cor-
pus eſt, deinde quia cibi parum adſumitur Sed ut hic clau
ſus eiectionibus locus eſt, ita nō nihil interim excernitur,
aut per ſudores propellente nocumenta & ſuperflua Gua-
iaco, aut in urina, quod liquidius eſt à cibo. Magnoq; ali-
ud hoc ſolatio eſt, quod interim nec inflatio accidit, nec tor
mina infeſtant, neq; guſtus amaritudo eſt, uel nauſea ſur-
git, aut in caput facile exhalant ut alibi aſcēdentes à ſtoma
cho uapores Et ut minctu quidem purgetur æger, intelli-
gere facile eſt, neq; ut hoc fiat inuitamentum aliunde quæ-
rendum. De ſudore dicam pauca.

DE SVDORE IBI MOVEN
do. Cap XXIII.

Sudorem,

SVdorem, Si non ultro exeat, quærendum
aliqui putant, Igitur copioſiori ſuper impo
ſita ueſte, in tertiam, aut quartam, interdum
horam cõtecto ægro eliciunt. Quod & ſi in=
ter difficillima eorum quæ patimur omniũ
ſit, ſenſi tamẽ ad laſſitudinem uſq;, non ita defectionẽ con
tingere, qui mecum curabãtur ægerrime ferebant omẽs,
atq; unum hoc in curatione hac durũ eſſe dicebant. Quod
ſi liceat mihi dicere quid exiſtimẽ etiam, non tantum quid
didicerim, pœnè auſim docere, neminẽ cogendum ut ſu=
det, niſi hoc quod res ipſa habet, patiatur quis, ut tres aut
quattuor horas cõtineat ſe quidem in lecto, neq; excedat,
& contegatur, ſed neq; multo obrutus ueſtitu, neq; immo
bilis penitus iaceat, in ſumma nihil magnopere angatur.
Multaq; hic ut alibi temere & ſolita noſtratium medicorũ
ſuperſtitione fieri credo, quæ nõ oporteat. Nam ut per ſe
mouet ſudorẽ medicina hæc, ita cogi non ſuſtinet. Cuius
rei uel hoc fuerit argumentum, quod nihil maturius ſuda=
tionem mihi, ternis aut quaternis contectus pellibus, pue=
nire ſenſi, quàm ſub una quoties decubui ſtragula. Verũ
hæc intelligi uolo, exudandum omnino uelim, & ſi id nul=
la ſponte fiat citu opus uideri, ſed leuiter. Quippe uiolentũ
nihil probo. Fugiendoſq;, ad ignes qui torrere corpora ſo
lent, aut copioſius æſtuaria calefacere, moneo. Frangunt
enim corpora & humores, uirium fomenta, exhauriunt.
Quod uero leuiter dixi, hoc ſic capiendum eſt, quod qui
una ſe ſub ſtragula aliquantiſper contineat, etiamſi ad mo
leſtiam uſq; non oneretur, aut indignationem, ſatis eum,
Guaiaco intus operante, ſudaturum putem

QVOMODO IVVET MEDICINA hæc, & paulatim an repente ſaneſcant ea homines Cap XXIIII.

SEd iam tẽpus eſſe reor medicinæ huius effectus, quo=
modo ſentiatur, & quando tandem incipiant conſane=

ſcere ægri, citumq; eius iuuamentum ſit & uelox, an tar=
dum & lentum, dicere. Vbi ut in alijs, ea dicam quæ uidi
ipſe & cognoui, hoc iam præmonens; iſtam in me cul=
pam ne conijciat aliquis, ſi cui alter atque ego ſcripſerim
eueniat. Didici autem iuuamẽtum eius paulatim intelligi,
non repente, ſenſim procedere, non impetu ferri. Tantum
abeſt enim ſtatim iuuare eam, aut cũ liberat cito lenire do=
lores, ut etiã à principio, in quindecimũ plerumq; diem,
acerrime intendat morbum & cruciatus augeat, ac ulcera
dilatet, intantum ut peius quis per eos dies, quàm unquã
prius habere ſibi uideatur, ſiue tũc ab intimis eruitur mor
bus, & eruendo dolor eſt, ſiue ea quæ tunc fit in corporis
habitu alteratio, cum quodam fragore & cõcuſſione per=
rumpens torquet. Certe enim radices mali huius extrahit
medicamentũ hoc, idq; nonnullis haud longe ab ingreſſu
facere incipit, quibuſdam interpoſita mora. Nemini ante
ſeptimũ diem, multis ut mihi, poſt uigeſimũ, ſed longioris
moræ uitium eſt ab ipſis aliquãdo ægris, quando circa ui=
ctum ſibi pluſculum indulgẽt. Apud me quod prius dixi,
peccatum eſt in coquendo Guaiaco, quia enim tenuius il=
lud apparauerãt medici, quàm oportebat, ſerius uim eius
ſum expertus. Audiui medicos dicere, quia ſit alia aliorũ
corporũ ratio, mature aut ſero prouenire. Certum eſt hoc
enim quod identidem mihi crebro inculcat Stromerus, no
bis qui ſubtiliori agimur ſpiritu, & in ſtudijs literarũ atten
tius uerſamur, morbos, plerũq;, ſi accidant, uehementio=
res eſſe & longiores. Referri præterea hic ut alibi multũ pu
tant, quibus in corpore locis morbus ſit, & dextera quidẽ
pars ſanabilior eſt quàm læua. Quoniã Alexander inquit,
per exercitationem ampliorem materiæ compeſcunt, red=
dunturq; ſanitati opportuniores. Aiunt & extrema diffici
lius ſanari, quod remota à corpore, alimentũ accipere, non
niſi tandem poſſent. Ibiq; animaduertendum, aſcendat an
deſcendat malũ. Celſus ait, quiſquis dolor deorſum tẽdit,

sanabilior est, atq; iterũ. Dolor om̃is medicinæ minus pa-
tet, qui sursum procedit. Porro in pudendis quæ innascun
tur, ut doloris sunt propter inflammatiõnẽ (cui obnoxia
inprimis sunt hæ partes) intensissimi acerrimiq;, ita statim
& cum primis sanescunt. Qui ut in alijs moueri medicinis
om̃ibus possunt, ita propter recẽs inductũ Guaiaci usum,
haud scio an sic habeant semper. Hoc om̃ibus curæ fuerit,
ubiubi doleant, & quacunq; ægritudinis huius specie in-
festentur, bene Guaiacum ut apparent. Cuius decoctũ ubi
tanto iam tempore potum est, quantũ ut in uenas se diffun
dat, satis creditum, paulatim decrescit dolor, aliquãdo etiã
acrior subinde reuertitur, ac decedit. Nam ubi semel minui
cœperit, si recrudescat etiam, nõ durat multum. Vlcera ue
ro quibus sunt, his quàm latissime caro circumadedit. Atq;
hoc est incipientis tamen sanitatis argumentum. Mihi qui-
dem ut nunquã antea, nudari in tibia os contigit, latitudi-
ne unguis humani, idq; uigesimo quinto tandem die, meo
magno terrore, sed nulla reparãdæ carnis difficultate Ad-
creuit enĩ paucos intra dies. Itaq; uideo naturã ei esse, sub-
tus depurare ulcera, & sub carne uim prius suam experiri.
Adhuc paucos uidi, item quibus consanuissent in totum
ulcera, inclusi donec tenerẽtur. Atq; igitur audiui quosdã
multa ibi expertos, dicere, tum demum finem effectui suo
imponere Guaiacum, ubi iam ad cibum redierit æger, &
per om̃ia pristinam resumpserit uiuẽdi consuetudinẽ. Dixi
prius ad quadragesimũ iuxta diem ab exitu negotiũ fuisse
mihi. Quæ omnia, utcunq; æstimanda ueniunt, intelligo,
ut plurimum differri in longum eius opus. Neq; enim ab-
rumpere est huius medicinæ, sed paulatim corrigere san-
guinem, in quo uitiato, uniuersa morbi uis inest, & humo
res noxios, mali ipsius alimenta, arcere à corpore, & deri-
uare, alijs quidem in urinam & sudores, in sedis excremẽ-
ta alijs. Om̃ino autem, ad sanitatem inclinãte iam morbo,
opus eius primum est, sudores extrudere, proximum per

urinæ meatus depurgare, unde miras eluit sordes. Et tũc
quidem incipiunt manus ac pedes frigescere, in mirum
modũ, atque adeo, ut deserta à calore penitus uideãtur.
Quod medici aiũt iccirco fieri, quod tũc ab extremis tra-
hat calorem hoc medicamentũ ad interanea, quibus cal-
factis & ipsis, tũ se dispergat extra. Certe enim qui à Gua
iaco conualuerunt, calidissimis esse membris in comper
to est. Ac mihi cũ hyemes proximas sex aut septem, in tã-
tum frigerent crura ac pedes, ut satis nũquã, multis etiã
inductis uestibus calefieri possent, adeo calent nunc, ut
simplici ut plurimũ indumento frigus arceam. Quibus
sic cognitis, ad illud tandem eundum est, quod sit Guaia
ci opus, & contra quos morbos iuuamentum.

QVAE EIVS VIS, ET QVOS CONTRA morbos qui effectus, Cap. XXV.

OPus eius præcipuum est & peculiare, tolle-
re ĩ uniuersum, & à radice morbũ Gallicũ,
sed magis uetustum iam & antiquatũ. Vi-
dimus enim qui ex inueterato languerent,
citius his, qui recenti adhuc scabie teneban
tur, & melius restitutos. Non quod etiam in his quippiã
insanabile relinqueretur, sed quia difficilius procedit cu-
ratio, & diutius inhæret morbus, ac ægrius auellitur. Ita
qúe tumores, & collectiones ac durities, & sinus, & tube
ra, quæ multos iam annos steterunt, soluit ac dissipat,
cum miraculo. Fluxiones siue consumat, siue auertat, pe
nitus aufert. Vlcera ad supputationem deducit, gratissi-
mo per omnia sensu. Et siquid in intimis latet, eruit. Ita-
qúe alijs ut mihi ossa denudat, alijs neruos ostendit & ue
nas perrũpit, aut altissime exedit, infectas morbo partes
tanto cum fœtore ac fœditate, ut ferri odor ille nõ possit.
Porro uim ei esse colligunt physici excalfactoriam desic
catoriam, & uitia sanguinis emẽdare ac iocineris dicũt,

ſed hæc omnia tanto temperamento, ut indifferenter ex
calida & frigida languentes cauſa leuet. Quare & fluxus
moratur ſiccitate ſua nocẽtes humores, qui profluũt peri
mens, aut ortũ eorũ eradicans, & intermiſſum bonũ cor
poris habitũ reſtituit. Pituitã extenuat, obſtrictos urinæ
meatus, quod cũ ex perunctionibus frequẽter accidit, tũ
uel alias etiam hoc in morbo aperit, eamqꝫ ſtimulat & im
pellit. Quo argumento, iuuare calculoſos credũt, & è ue
ſica lapides eijcere. Exquiſitum habeo, bilem quæ atra di
citur, uehementiſſime detrahere eam. Itaque & hilariorẽ
reddit, & iracundiam compeſcit. Omnino enim magna
ei uis eſt contra melancholiam. Neqꝫ nõ interim diſtilla
tiões abripit, & à fluctionibus caput liberatur, eiuſqꝫ gra
uitatẽ recalfacto ut putare licet, cerebro leuigat. Fertur et
emẽdare male curata prius uulnera, quoquo ea inflicta
ſint, reſciſſa eorũ cicatrice. Diuturniorẽ in corpore maciẽ
corrigit, Itaqꝫ à curatiõe hac ĩ reliquũ tẽpus, ualde pigueſ
cunt homines. Mirabili uirtute adſeritur, contra oris gra
ueolentiam, & emendare, quæ & ipſa, ex perunctionum
uitio uenit, animæ grauitatẽ. Iuuat interranea, imprimis
ſtomachũ, quẽ renouat ex toto, aluumqꝫ facit, ut unquã
prius bonam. Egregius eſt eius ad membra extenuata &
imminuta effectus, auget ea & explet, cõtractos neruos
extendit, laxos ſolidat & confirmat. Compertũ eſt & ſtu
pida hoc ex morbo quæ ſint, excitari, & ad ſenſum uigorẽ
que priſcum reuocari, ac motũ recipere. Dxii prius, circa
aluũ eſſe uaria, alijs enim aſtringere eã, alijs ex laxitudi-
nẽ uſqꝫ ſoluere. Rurſus quibuſdã primo ſtatim cohibere
deinde laxare & emollire, & dari ad ciendũ eam ramẽtũ
ipſum minutiſſime confractũ, ſemuncia potu. Dixi item
non dari, pro uiriũ portione eius modũ, neque enim in-
firmat datũ. Iam hoc autẽ quarta nondũ decoctione ex-
hauriri eius uirtutẽ, haud alijs credo, ſed ipſe cõperi. Quã
quam priorẽ quamlibet ualentiorẽ eſſe non negem. Sunt

qui magna fidutia credant, ad fiſtulas ipſam & cancrũ &
cancrenas proficere. Medetur ſuſpirioſis & anhelãtibus,
ſi hoc à morbo, aut ex punctiõe ſit uitiũ. Sed quia prius
expoſui, quæ mala ſecũ inuehat morbus, ſuperuacaneũ
eſt hic ea repetere. Tollit omnia & perimit ac extinguit,
ut prius dixi, ſi uetuſtiſſima ſint facillime, iam & podagri
cis datur pari iuuamento. Duos uidi ipſe conualuiſſe, cũ
acerbiſſime affecti pedibus eſſent. Sed medici differenter
hoc fieri putãt, & ſolũ prodeſſe his, ex frigida cauſſa qui
bus ſit ægritudo, quod cũ illis expoſtulãdũ relinquo. Sa-
lutare eſt hoc etiã remediũ contra paralyſim. Reſtinguit
recentẽ eam ac diſcutit, quod ex relatione grauiũ uirorũ
qui hoc cognouerunt, ſcribo, nam ipſe nõdum uidi, qui
ſic liberatus eſſet. Accedebat & leproſum quendam Ri-
cius mihiqꝫ dixit poſtea, non ex toto leuatũ quidem, ſed
actũ tamẽ multo meliorẽ, ac non parũ eſſe mundiorem
iã, & talẽ ferri qui poſſit. Ita ut ſibi uideatur tegere omni-
no ac remorari lepram hoc medicamentũ poſſe, auferre
fortaſſe non ita. Quod ſi iteretur aut ſæpe etiã adeatur cu
ratio, tũ ſe credere, diutiſſime differri ſummũ morbi nocu
mentũ, quanquam ſpes ſibi permagna ſit, recenti iã malo
ſi hac uia occurſum fuerit, poſſe illud abſtergi penitus, &
reſtitui ægrũ. Conant iam etiã, quia uis ſit ei ſiccifica, ad
aquã intercutẽ dare ipſam, cuius rei euentũ expectamus.
Cognitũ eſt ad comitialẽ morbũ utiliter ſumi, ut medici
dicunt, frigida morbo ſpecies ſi fuerit. Vidi ex aliorũ etiã
morborũ nocumẽtis, qui intus laborarent, & ſtomachis
eſſent corruptis, ac deprauatis, præterea male qui perfice
rent cibũ, & qui ex longa ægritudine recolligere ſe uellẽt
ac uires reparare. Huic curationi accingere ſe, nõ dehor
tantibus medicis, Ricio etiã probante in aliquibus, quod
cognoſcere ſe diceret à ſanis etiã aut nõ magnopere adfe
ctis adiri, citra nocumentũ eã, pertinaciter credere ſe eni
bonam corporis conſtitutionẽ ſi ſit, ſeruare eam, tueri &

confirmare. Atq; hæc de iuuamẽtis Guaiaci dixisse suffi-
ciat, quorum si caussas à me percontetur aliquis, tunc ad
medicos eum remitto expertos. Nam ipse nihil tale pro
fiteor, neq; ita ingressus sum, ut eorũ quæ scriberem, cõ
tinuo rationem quoq; redderem, sed hoc promisi, quic-
quid de Guaiaco comperissem, aut in me, aut in alijs, &
quæ uel ipse uidissem, uel ex alijs auditu accepissem, opti
ma in literas fide referrẽ, relicturus ansam post me mul-
tis. qui rem pro sua dignitate explicabunt. Etiam, ne cui
incognitum sit, in me quid effecerit Guaiacum, dicã, qui
bus corporis partibus, & quomodo affectus fuerim.

Quos mihi morbos ademerit hoc remediũ. Ca. XXVI

VEl uno hoc euẽtu cognitũ est, in nullo nos
corporis malo, quantũcunq; cõclamato de
sperare oportere. Quot eramus enim à me
dicis deplorati iam, qui subita & quasi cæli
tus interueniente Guaiaci ope restitimus.
Quẽdã noui uere amicũ mihi qui acerbissime diuexante
me tũ morbo, cũ per dolores nec quiescere noctu liceret,
nec interdiu cibũ capere, suasit mortẽ mihi, quãdoquidẽ
remediũ nõ inueniretur, & defluere corpus tabo, ingẽti
cũ dolore & nulla inclinationis spe uideretur, cõsciscere.
Iam te inuito huic malo eripi decet inquiẽs. Atq; is qui-
dẽ Christianos nos esse oblitus erat, amicos esse plus etiã
q̃ oportuit meminerat. Omnia in illis olim martyribus,
qui strenue cruciatus pro Christo pertulerũt suspicienda
sunt, si quis tamẽ deficere possit, ac animo labi, certe hoc
torquente morbo poterit. Nego tale aliquid passum etiã
Licinij Cecinnæ parte, cũ se papaueris succo, interimeret.
Nec ita in patibili fuisse ualetudine alios qui hoc idem fa
ctitarũt. Certe enĩ hæc lues uel sola fœditate, nedũ crucia
tibus, q super omẽs immẽsi sunt, uitæ odiũ gignere potis
est. Speusippo philosopho paralysi ad desperationẽ usq;
cõuulso oli, cũ ueheret obuiã Diogeni, atq; illi salue dice
ret, respõdisse Diogenẽ ferũt tu q̃q; nequaq̃ salue q eius-
modi

modi cũsis, uiuere sustines. Idẽ ille sic rigide philosophari
solitus, quid dixisset me conspicatus, cũ & pariter illis, qui
paralysi tenẽtur cruciarer, & ita essem aspectu ac odore fœ
dus, ut omnibus essem grauis, quibusdam odio etiã, uiuebã
tamen, nõnulla adhuc spe, quanq; toties frustratus, magni
ficis medicorum pmissis. Et nequis una aliqua parte ægro-
tasse me putet, aut leuiter, dicã ut affectus fuerim. Primũ
sinistro pede eram inutilis iam, hærẽte ibi octo plus annis
morbo, & in media quidẽ tibia, qua parte tenuissima cruri
obducitur caro, ulcera erant cũ inflatiõe carnis inflãmata,
putrescentia, ingenti cũ dolore, & huiusmodi ut uno sane-
scente, erumperet statim aliud. Erãt enim cõplura sparsim
nec ope medicorũ fieri poterat, in unũ omia ut redigerent.
Supra ea tuber erat, ut os crederetur ita induratũ, & in eo
suppungens citra intermissionẽ dolor immensus, immodi
cus, fuit & supra dextrum proxime talum collectio, & ipsa
in ossis modum dura, ex recẽtis olim morbi reliquijs uetu-
stissima Hanc mihi ferro, hãc igni & causticis omibus ada
perire cũ molirenẽ medici, nihil pfecerunt. Illa autẽ modo
uehementer intumescebat, ac summo cũ dolore, modo resi
debat mitior Dolebatq; minus igni admoto pede, nec su-
stinuit tamẽ multiplici ueste contegi. Eo fluxus erat uehe-
mens, & qui irrestinguibilis plane uideretur. Ac quoties
pedi insisterẽ, dolore afficiebat impatibiliter. Deinde supe-
rius coxa & genu penitus confrigeurant, attenuato ibi ad
summã usq; macretudinẽ femore, atq; ita imminuta carne
ut præter cutẽ, uix esse uideretur, quo se os cõtegeret. Præ
terea in tantũ luxata utraq; iũctura fuit, ut diu ægerrime li
ceret insistere, tandẽ nõ amplius etiã euanida omino ex clu
nibus altera. Dolebat itẽ leuus humerus, ut leuari iam bra
chiũ non posset, debilitata extrema scapula occalluerat, &
in medio musculo tuber oui magnitudine imminuto alijs
partibus ad mirã tenuitatẽ brachio, ad ipsam usq; manũ. &
in dextero latere, sub infima statĩ costa, ulcus erat sine dolo
re quidẽ, sed fœdũ quoddã pus efferuens & spurca manãs

sanie, fistulæ in morem augusto exterius ore, ac ampla in=
tus cauitate. Supraq; ipsum aliud iterũ tuber, quasi super=
nato costæ quodam ibi osse. Deniq; à summo retro uertice
fluxus ibat, ad omnia ista, manifesto sensu. Qua incipiebat
is ad lenissimum etiam tactum, quasi pertuso craneo dole
bat caput, nec uerti in tergum, nisi cum ipso una corpore
facies potuit. Adde illud, quod solũ si mihi ademisset Gua
iaci medicina, tamen permaximam eius uim prædicare de
bueram. Somnum meridianum, quẽ perdite appetebam,
& cui ita deditus eram, ut nullo intermitterẽ die, totos pœ
ne sex annos, cum mihi acclamarent medici ferè unã hanc
esse omnium mihi morborum caussam, ego tamen refra-
gare desyderio non possem. At nunc in tantum illud abijt,
ut credo si me in uitem etiã dormire interdiu non possum.
His tot tantisq; infestatus malis, cum desperassent omnes,
me tamen bonus credo meus Genius, quiddam adhuc ex=
pectare iuberet. Ecce ad Guaiaci succursum respirare au=
sus sum. Quam deus mentem bonis omnibus indat, nun=
quam ut sperare desinant. Me quidem nihil pœnitet mei,
& si hoc alio qui concessum sit diu, incolumem etiam &
ualidum uicturum, magna spe teneor. Ac de morbo qui=
dem, & ex Guaiaco quod est remedio, quæ occurrebant
scripsi, optima certe fide, & ut mea tulit facultas, factu=
rus hic finem, nisi & post curationem hanc, ut se habere in
uictus ratione ægrum conueniat, admonendos putarem,
qui hæc legent. Id quod breuiter & ipsum præstabo.

QVAE CIRCA VICTVM
post curationẽ hanc obseruare cõueniat.

Caput XXVII.

IN precedentibus monui totos tres menses at
saltem duos post curationem hanc, & ubi e=
gressus iam est medicinæ huius claustrum
æger, quadam consequenter circa uictum
obserua=

obseruatione utendum esse. Iam ipsum illud, quia peculia=
riter & suo loco tractandum uenit, intantum esse necessa=
rium dico, ut negem sicui reparata sanitas est, duraturam,
nisi curiose obseruet post receptã ualetudinem multa, &
quasi adhuc clausus teneatur, ita quoddam intra præscrip=
tum aliquãdiu uiuat. Et tres quidem statuunt his, qui aut
ualde attenuati fuerũt in morbo, & multis obnoxij fluctio
nibus ac penitus affectis neruis, aut artubus, aut nõ ita fir=
mo potantur corpore, ut breue recolligendis uiribus tem-
pus sufficiat, qui cõtra ualidiores, nec ita deperditi, aut cõ
fracti, his duos ab egressu mẽses satis esse credunt. Ego ut
tutissime prospiciam his, qui me sequentur quàm lõgissi=
me tenendum hoc præscriptũ suaserim, ac primũ omnium
à uenere abstinendum diutissime. Quod per Guaiacum,
qui conualuerunt, teneris & per omnia imbecillis iam ad=
huc sunt, & quasi renatis corporibus, in quæ impetum fa=
ciens coitus, ubi debilem illam, & haud dum maturam ui
rium recollectionem oppresserit, dissoluit statim mẽbro=
rum robur omniũ, ac disperdit. Et quia ueneris non unum
aliquod membrorũ, sed uniuersum uno lapsu corpus in di
scrimen abstrahit, quid aliud facere putãdus est, qui sic ex=
haustus coit, quàm ultro mortem qui accersit sibi, aut præ
properam uirium internicionem cõsciscit, uel omnem in
manifestum exitium ualetudinẽ abijcit. Quod si non omĩ=
bus, qui bono etiam sunt corporis habitu, & nullo tenẽtur
morbo, cõcumbere permittitur, quãto illis hoc fugiẽdum
est opere, quos sic amissis uiribus reparandæ conualescen=
tiæ studium intendere oportet? Etsi ante decimumquar=
tum ætatis annum, nemo puer coẽundi potens est, utpo-
te non plenis dum, ad rem periculosam experiundam uiri
bus, quàm danda opera est, ne qui sic renascitur, antequã
recipiat uires, temere conuellendum se præbeat. Proximũ
huic quia iugi fame extenuatis, acerrima incũbit edẽdi ap
petentia, minime indulgere ei & quantũ fieri possit, conti

nentissime circa uictus ratione͂ uersari. Itaq; per exiguo pri
us cibo utendum, deinde paulatim plenius, nec nisi longo
admodũ interuallo, ad pristinã edendi consuetudine͂ reuer
tendũ, sensimq; adsuescendũ, nihil præcipitanter innouan
dum. Bibendũ aute͂ uini omino nihil, nisi qđ multa prius
aqua dilutũ sit, & qđ ipsum subtile alioqn odoratũ, & cla-
rum sit, idq; moderatissime. Muniat se uero cõtra aëris oc-
cursum, te͂poribus maxie quæ frigore, ue͂to ac pluuijs infe
stãt, aut ꝟo rarissime in ꝓpatulũ exeat. Cibũ bis die sumat,
uesperi tenuius, ibiq; nũq; toto eo te͂pore, appetitui indul-
geat, & satietate͂ ut summe malũ fugiat. Esumq; pisciũ ui-
tet, magis quàm omia, & carnibus uescat̃ ex animaliũ pul
lis, quæ facilioris sunt cõcoctionis, ac optimi succi, quæ ex
medicorũ suꝑ hoc placitis dignoscere est. Atq; hæc ad du-
os illos aut tres me͂ses refere͂da, nã quæ præterea obseruã-
da, ex his q̃ sequunt̃ planius discant̃. Breuiter enĩ admone
bo quædã, non tã his qui ope Guaiaci, quàm qui utcunq;
quolibet ex morbo cõualuerunt, aut qbus alioqui inte͂tior
ualetudinis cura est, seque͂da ueniũt. Quo loco inter præci
pua animaduerte͂dum est, quanquã hoc omes iam norũt,
uel unum hoc esse, morbum hunc molestissimũ quod faci
at, quod summa est in dieta difficultas, cum post debellatũ
eum, non una aliqua & simplex circa uictum obseruanda
ratio sit, sed multiplex & omifariã ineunda. Ita ut quæ omi
bus his morbis, quos consequi eum diximus secunda, aut
aduersa sunt, appetenda aut fugienda uno in totũ studio si
bi proponere debeat, is qui conualuit. Quare curioso per
omia uictu cauere oportet, ut ordinate omia agant̃. Quã-
quã si quos seruauit hæc medicina, his magnũ quoddã est
solatium, qđ putãt eius periti, post receptã sic ualetudine͂,
& exactum obseruatiõis quæ eam cõsequit̃ te͂pus, in nul-
lo quenq; periclitaturũ, qđ non cõtra pristinã uiuendi con
suetudine͂, siqdem nõ omino inordinata ea fuerit admittat
Perinde enim consulendũ esse ei qui sic restitutus est, atq;
his

his qui morbo nũquã tenti fuerũt. Quãobre͂ nõ ita curã
dũ esse arbitrant̃ qd edat aliqs quã illud quãtũ edat, nul-
lumq; cibi genus fugie͂dũ, nullũ habe͂dũ circa uictus qua
litate͂ delectũ, nihil accurandũ, quod nõ ad cõmune͂ uale-
tudinis cõseruatione͂, ac uniuersale͂ morborꝫ omniũ eui-
tatione͂ pertinere sciat̃. Vbi pręcipuũ fortasse fuerit quod
Celsus docet, ut caueat quisq;, ne in secũda ualetudine ad-
uersæ præsidia cõsumãtur. Seruatur aute͂ ualetudo ut ide͂
inquit dieta, pharmaco, unctione, frictione, balneis, ex-
ercitatione, uectatione, & clara lectiõe. Quæ ut cõsiderã
da aut plenissime, aut omia sint, ab illo pete͂dũ relinquo.
Hic breuiter pauca attingã. Et ad dietã quod pertinet gra
te arbitror & modice uesce͂dũ. Ac cibos adsumi conueni
re & potiones, quæ facillime cõcoquãtur. Nã ut Paulus
ait. Caput educationis est, ut sit cibus coctu facilis, boni
alime͂ti, haud quaquã le͂tus aut glutinosus, neq; superflu
itatibus redũdãs, potio aute͂ uinũ aquosum, albũ purũ,
aquæ paulũ sustine͂s. Et Celsus, Cibus sit inquit, sine pin
guibus, sine glutinosis & inflãtibus. Abstine͂dũq; eiusde͂
cõsilio huiuscemodi ĩ morbis ab omib⁹ salsis, acribus, et
acidis, ea puto ratione, qua ĩ præcede͂tibus monui. Maxi
mũ Paulus ait, in cibatiõe sacietatis peccatũ est. Nã etsi ue͂
triculus probe cõcoquit, uenæ tame͂ nimis repletæ, labo-
rãt, dilatãtur, rũpunt̃, obthurãtur, & flatu imple͂tur, atq;
in totũ pessimos ex sacietate morbos cõstare ĩ cõfesso est.
Tãtopere neqs se impleat fugie͂dũ ce͂set ille. Ego nõ hoc
tantũ, sed adhuc etiã nihil inte͂te coque͂dũ, nihil cõdie͂dũ
anxie existimo. Dãdamq; operã, ne cõplura apponãtur,
& diuersi generis fercula, nec que͂admodũ isti sole͂t diui-
tes, sex, septe͂, aut interdũ dece͂ una cœna missus ĩportan-
dos. Mirũ est enĩ quã hæc obsint, nõ stomacho tm̃, sed di
gestiõi etiã uniuersæ. Itaq; illud iterꝫ eode͂ ab authore re-
pete͂dũ qđ ait. Sũmo ꝑe uitãdã alime͂torꝫ uarietate͂, ꝓserti
cõtrariæ ubi fuerint in eis facultates. Nã q̃ sic ingeruntur

 conco

concoctioni resistunt. Atq; hoc sentiunt Galenus & Auicennas, omnesq; emũctioris in medicina iudicij. Catonis apud Ciceronem præceptũ est, tantũ cibi, ac potionis adhibendũ esse, ut reficiantur uires, non etiam opprimãtur. Quare ut plurimũ leniter prandẽdum Xenophontis cõsilio, ut sit uidelicet locus cœnæ. Planè ex illis est hic morbus, quos ex plenitudine prouenire Galenus autumat. Quod sic intelligendum est, non ut omnes qui in crapula degũt, morbo statim Gallico obnoxios fieri existimẽ, quanquã morbi hos manent, quiqui sint, grauissimi, sed eo si quis ante laborauerit, si intemperãter edat ac bibat, recidere illûc necessario. Itaq; cibus adsumatur neq; uarius, neq; multus, quo ne oneretur stomachus, & impediatur digestio. Deinde is, q ut monui, cõcoctu facilis sit difficulter perficiũtur, Plinius inquit, omĩa in cibis acria nimia & auide hausta, & in æstate quàm hyeme difficilius, ac in senecta quàm in iuuenta. Apud Ciceronem est. qui caret epulis extructisq; mensis, & frequẽtibus poculis, caret itẽ uinolentia, cruditate, & insomnijs. Quia autem post hanc curationẽ uidendũ corpus inanitũ hactenus & extenuatũ, ad se reduci quomodo possit. Cibis fortasse danda opera his, qui augent, ac corpus implent, nõ noxijs illud quidẽ humoribus, sed qualia Celsus cõmemorat primi libri capite tertio. Plinius quoq; dicit, Augescunt corpora dulcibus atq; pinguibus & potu, minuuntur siccis & aridis, frigidisq; ac siti. Sed hoc caute tractãdũ uenit, propter ea quæ sæpe prius monui. Quoniã uero obseruandum per omnia uẽtrem Galenus monet. Quicquid enim inquiens, in hoc corrũpitur, id toti morborũ putredinis caussa fit corpori, potiones ac cibos adsumẽdos credo, ut Celsus docet, qui simul & alant, & uẽtrẽ emolliant. Quod si quis malo instigãte Genio, impleat se etiã, & supra q̃ ferri possit cibis oneret stomachũ. Siqdem à somno præsidiũ petat, audiendus ei Plinius est sic

dicens. Somno concoquere corpulentiæ, quàm firmitati utilius, ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere. Sin uero ut multi suadent, & Paulus in primis docet, uomitione leuari uoluerit, quandoquidẽ per uomitũ magnis sæpe malis obstitũ est, leget illius doctrinã quàm facile quis uomat ostendẽtem. Quod si utrunq; istorũ aut neglectũ fuerit, aut tardius quàm oportuit tentatum, tũc ad medicinam fortasse recurrendũ. Qua de, si eo compulsus æger sit, nõ habeo quod præcipiã, nisi hoc sæpe à me dictũ iã prius sano & docto medico, aut bene experto potius quàm exquisite docto, & q coacte infundat pharmaca, simplicia ea, nobisq; si fieri potest uernacula, se cõmittat. Qui si ducendã subtus aluũ suaserit, tũc meminisse oportet eius quod Paulus docet, non sæpe faciendum hoc, ne ob crebram irritationem spontaneæ excretionis opus, obliuioni natura tradat. In cibis sanè qui salubres, quiq; noxij sint & quomodo eorũ quisq; adficiat, si quis non omnia dixerit, nihil dixerit. Itaq; legẽdos censeo authores, Celsum quidẽ breuiter genera exequẽtem, Paulũ uero ciborũ facultates capitibus iuxta quatuor & uiginti ad longũ pertractantẽ. Aut uero unũ omnibus satisfaciẽtem Galenũ, qui in libris alimẽtorum nihil prætermittit. Atq; ita iam deuictu finẽ facturus erã, nisi occurreret obiter quædã consignanda esse. Et de ouis primum hæc admonebo, Nullus est alius inqt Plinius cibus, qui in ægritudine alat, neq; oneret, simulq; uini usum & cibi habeat Et Auicennas, uitellum ouorũ gallinæ, perdicis uel phasianæ supra omnia esse alimenta, his quibus diminutus sanguis, aut dissoluti spiritus cardiaci. Alexãder Aphrodisiæus, putat omniũ cõplecti in se qualitates elemẽtorũ omnium, deniq; mundi quendam inesse ouo speciẽ, cũ quod ex quatuor constet elementis, tũ quod in sphericã conglobetur faciem, ac uitalem obtineat potentiã. Oua frixa cõplures dãnãt, & in his Paulus & Galenus. Ideq;

ex oleribus quod est alimētū nō probat. Damnāt & alij multi, etsi M. Cato ad cælū tulerit, brassicā. Eius qui ptisana cotidie uescatur ad satietatē, cibis alijs nullis impediri nutrimentū Galenus putat. Et de faba inquit, idē dicerē nisi inflaret. De lactis & in cibo & in medicina usu pulcherrime Paulus. Alexāder, Lac inquit cōcoctu facile est & probe nutrit, quia facile in sanguinē trāsire potest, qđ è sanguine factū est, & ferè sanguis est albefactus. Hęc ex multis pauca. Qui sanitati studet, quāta sit uini potentia Paulus ait, nescire nō debet. Idē si quēpiā mordeat uinū, frigidā aquā bibere debet. Postero die absynthij cremorē sumere, ambulare, fricari, lauacrū ingredi, atq; subinde exiguo cibo refici. Fugiēda uina & quę musta nuper Galenus ait, & quæ uetera nimis. Hæc enī superflue calefaciunt, illa omnino nō calefaciūt. Victus extenuās ait Paulus, ad bonā ualetudinē tuēdā, multo tutior est eo, q̃ crassitudinē inducit. At q̃a exiguū alimētū præbet, nihil uel firmitudinis uel roboris corpori pręstat. Quare post subdit, mediæ materiæ alimēta omīū pręstātissima sunt, utpote mediocris substātiæ sanguinē quæ producūt. Atq; ut huiuscemodi edulia corporibus nostris cōmodissima sunt, ita uitiosum succū generātia, maxīe noxia, sempérq; fugiēda. Hæc Paulus. Atq; idē docet omni alio magis alere panē siligineū, triticeū difficilis esse cōcoctiōis, et inflare, hordeaceū imbecillis alimēti. In totum de uictu cognoscere qui uolet, hūc quod dixi legat cū Galeno. Vnctionū, apud nos quidē haud fuit unquā usus, apud Italos uero ut fuit, ita ferè in totū exoleuit. Frictionē ut nihil præterea cōmēdat Galenus, multa & crebro, de hac iterādo inculcās, præsertim in libris de tuēda sanitate q̃ inscribuntur. Eandē summe extulit Asclepiades, multū Hippocrates, huius est illud, à multis postea repetitū, frictione uehemēs si fit, durari corpus, si lenis, molliri, si multa minui, si modica, īpleri. Hac cotidie utēs hoc tēpore mane præsertim, quādo à lecto surgit. Vir doctissimus Erasmus

mus Roterodamus tueri se incolumitatē, ualde imbecillis alioqui corporis, putat. Meq; ut nihil præterea obnixe monet, ut faciā, ac studiosos præterea omēs. Sequor amici suasionem, & iuuamentū sentio. Quidā interdicunt lauatiōes ac in uniuersum balneas, easq; insalubres dicunt omībus, qui ex hoc morbo cōualuerint, puto quia neruos emolliūt ac resoluunt, uetantq; aqua perfundi Alioqui sudationes nō improbādo. Aqua neruis officit, Alexāder inquit, etiā calida, uerū non quia calida sed quia humida. Calidū lauacrum cōmendans Paulus sic inq̃t. Soluit fatigationē, discutit plenitudinē, calfacit, mitigat, mollit, flatus diffundit, somnū allicit, corpulentū reddit. Est ṽo cōmodissimū cuiq; uiro & mulieri, puero & seni & priuatis. Sic Paulus. Verū hoc tēpore nō nisi rarissime, lauant Itali, qđ miror, cū cotidie soliti olim sint, ut literæ testant̃, & thermarū Romæ uestigia urbiū in morē exædificatarū. In exercitijs modū esse adseruandū Galenus docet. Immoderationē inquiens ego ubiq; uitupero. Idē ait. Sicut maxīe commodū est ad sanitatem ante cibū exercitiū, ita nocētissimus oīs post adsumptum eū motus. Distribuit̃ enī ex uentre cibus, anteq; digeratur, & exinde multitudo crudorū aggregat̃ humorū secundū uenas, unde ægritudines generari omīmodæ cōsueuerūt. Tādiu exercitatiōi indulgendū Paulus suadet, quoad in tumorē corpus attollat̃, & rubescat, & mot⁹ firmi æquabiles & faciles sint, atq; sudor uapori uideat̃ cōmisceri Quiescendū aūt tunc primū, cum ex prædictis mutet̃ aliq̃d. Dandā & quietē ei mēbro qđ sanitati nuþ restitutū sit monēt. Itaq; pedis remediū quies est inq̃t Hippocrates. Vnde Alexāder colligit, qđ curatū iterū est, q̃escere oportere. Motus enī ait confluuiū agit materiæ supuacuæ, quæ excitare pōt inflāmationē. Eq̃tare ei cui genua dolēt inimicissimū Celsus ait. Idē equitare podagricis quoq; alienū existimat. Voce exercebāt se ueteres etiā, siue canerent aliq̃d, siue claris legeret̃. Dixi obit̃ tractaturū hæc me, & nll'a magna cura

cura, sed ut quodq; inprimis monitu dignũ incideret, nul-
lo etiã ordine. Nemo requirat hic aliquid igitur. Si cogno-
scere uelit, docui quos apd' authores, quæ inueniri possint
Atq; aliud ecce subit iterum, oportet enim qui tueri corpo
ris sanitatem uelit, duo maxime curare Galenus dicit, Vnũ
cibus conueniens ut sit, alterum mundificatio illi ut super-
ueniat eorum, quæ superflua ex cibo relinquũtur. Paulus
inquit, Veteres satis putabant ad bonam ualetudinem tu-
endam, si cotidie & alui onera & urina commode ac sine
reprehensione pro alimentorum potusq; portione deijce-
rentur. De uenere nihil monendo prætermissit Galenus,
omnibus eam qui sicco temperamento sunt inimicam scri-
bens, potissimum his qui adhuc frigido etiam. Nam inno
xia inquit uenus his tantum est, qui calidi sunt ac humidi,
& qui genitura abũdant. Et iterum, Quibus inculpata in-
quit corporis cõstitutio est, non debent hi à uenere omĩno
abstinere, quẽadmodum frigidi & sicci. Item Paulus, Cõ-
cubitus sicciores omnes lædit, maxime, si ariditate frigus
quoq; iungat, Calidis uero & humidis dũtaxat tutus est,
Vt labores Paulus inquit, sic & cõcubitus si modus serue-
tur, utilis est. Hoc debent meminisse oẽs. Coitũ ꝓpter ner-
uos fugiendũ, magna cura, his qui Gallico morbo labora
uerũt. Pueros putat Paulus exercẽdos, ut inquiens & cor
pore & animo laborãtes à libidinis impetu cohibeant, coi
tum morbo comiciali cõparat Hippocrates. Alexãder Ma
gnus solebat dicere coitũ & somnũ, duo maxima esse mor
talitatis signa. Despiciẽda & aẽris salubritas, magnũ uale-
tudinis firmamentum. Aẽr Paulus inquit, ex malis uapo-
ribus pestilentem auram eructantibus, aut aliquam iuxta
cloaca infectus, aut nebulosus, aut qui in ualle, undiq; mõ
tibus cincta continetur, ætatem omnem, omnemq; tempe
raturam similiter lædit, optimus uero omnibus prodest.
Quippe temperato corpori, temperatus, inquit, distempe-
ratus qui cõtrariam habuerit temperaturã utilis est. Mor-

bus

bus nõ est alius Galenus inqt, nisi motus extra naturã. Idẽ
ait, Sanum intelligunt medici, cuius omĩa mẽbra secundũ
naturæ cursum existunt, contra infirmũ, si quod suam na-
turam egrediatur. Nequis à concitatione confestim bibat,
medicorum doctrina cautum est. Illi etiam omnem repen-
tinam mutationem periculosam dicunt. Receptum est &
hoc perpetuum otium bonæ ualetudini maxime aduersa-
ri, contra mediocre exercitium summo esse præsidio. Ga-
lenus inquit, maximũ est malum ad sanitatis custodiã pro
funda corporis quies, sicut & maximũ bonum moderata
motio. De somno, quando is capessendus & quantus, abũ
de Paulus docet, & quæ recte aditum eum sequantur cõ-
moda ostendit. Meridianum omnes damnant. His qui tri-
stioris sunt naturæ, aut curis lacerantur, accersendam ali-
unde lætitiam medici magnopere putant, & exhilarãdam
mentem, ac leuandam animi grauitatem, Sonorum suaui
tate cogitatio abigenda est Paulus inquit. Qui sanus est, &
suæ spontis, Celsus ait, neque medico debet, neque ali-
pta egere. Quod ut probo, & eos qui optime ualent nulli
se magnopere uiuendi normæ deuincire uolo. Ita his qui
aliquando laborauerunt, aut corpora habent morborum
iniurijs obnoxia, aut istiusmodi sequuntur uitæ genus, in
quo non facile tueri sanitatem possint, opus esse quadam
uitæ regula multum censeo. Galenus monuit, nequaquã
superfluam esse uiuendi legem. Dieta enim inquit medici
na est. Atque hæc habui optime pater, optime princeps,
quæ in rem propositam, aut me experto, aut alijs erudi-
entibus, mutis præsertim magistris, & his qui periculum
fecerunt & ipsi, cõducere putaui. Quæ ita celsitudini tuæ
conscripsi, ut non uellem his quidem uti te, faxit hoc enim
seruator Christus, ne unquam debeas, sed ut in tua hæc
aula essent, omnium necessitati exposita, quorum iudici-
um à Stromero exiges tu, quod præfatus sum. Iam hæc ui
dit qui me uiuit in nonnullis, alter tuus medicus Grego-

 rius

rius Coppus, ſed obiter cum ab illo properarem Mogun-
tiam, ubi negotium erat mihi. Quod ſi contigiſſet, tunc in
aula eſſe me (tu in Saxonibus aberas enim) cautius om̃ia
tractaſſemus, & accuratius confectā rem exhibuiſſemus.
Nunc utcunq; excidit, boni cõſule. Ipſe quidem offerens,
quia Saturnalitium hoc nouo ineũte anno munus eſſe uo-
lui, annũ tibi precor fauſtum fortunatumq́;, ſed cuius for-
tuna, ita tibi ex animo cedat, ut citra inuidiā fuiſſe compe-
riatur. Vale optime, digniſſime, pientiſſime, maxime præ-
ſul, ac diu nobis incolumis eſto. Moguntiæ ſuprema im-
poſita manu.

VLRICHI DE HVTTEN EQVI. LI-
BRI DE GVAIACO ET MOR-
BO GALLICO FINIS, QVOD
FELIX FAVSTVMQVE SIT.

PAVLVS RICIVS

MEDICVS VLRICHO DE HVT-TEN EQV. SALVTEM:

QVantum iucundo heſternæ noctis epulo, a-
pud ſympoſiarchen noſtrum Chunradum
Peutinger, unicum literarum pariter ac lite-
ratorum alumnũ, oblectamenti acceperim
facile mi Huttene perpendes, ſi eorum, quæ
longa tunc diſceptationis ſerie commentati ſumus epilo-
gum tecum feceris. De celſo ſiquidem, & ſummo empi-
rei globi cacumine, ad abyſſum pœnè, & Stygias uſq; un-
das ſermonem noſtrum deuoluimus. Cunq; de arcano,
& ineffabili Pauli ad cælum raptu, ſermocinandi exordiũ
ſumpſiſſemus, in illud tandem admirandum, & propè di-

uitium Guaiacani ligni donum, noſtra finiebat oratio,
cum interim de Eraſmo Roterodamo fido Mercurij co-
mite & Capnione terreſtri Saturni oraculo dulcia & eorũ
laudis plena miſceremus colloquia. Cæterum cum per
multa, & quæ longe exactiora requirunt exanima, tunc
inextricata ſententiaq; ancipiti, relinqueremus, quorũ
perſcrutationem, ne de Tantali fonte bibere, & nunquã
ſatis, ut aiunt, inuentũ Oſyrim quærere, hortari te uide-
ar, omnia ea ſilẽtio nũc inuoluo, nihil iſtiuſmodi retexẽs
Vnũ duntaxat, quo longam ſympoſio noſtro funem ab
ſcidimus, cum Guaiacanum lignum tuo non minus gra
ui, quàm dulci lacteóq; decorari eloquio uelim, nunc re-
peto. Nec tu humile id, aut laude tuà inferius dixeris,
quod miro ſanè modo, & ultra pœnè medicinæ faculta-
tem innumeris ut noſti mortalibus ſqualida, horrẽdaq́;
Gallicarum ut quidam uocant puſtularum lue affectis,
& prope conſumptis, facile tutumq́; præſtitit refugium.
Quodq; nõ ſolum corporis emendat, ac temperat uires,
uerum & mentis tergit aciem, eamq́; in ſumma contem-
plationis ſpecula, uti numine arreptam reponit. Verum
age uir ſtrenue, age quæſo, & quia non piguit, ſumme il-
luſtrem & maxime uenerandũ principem, herumq́; me-
um cardinalem Gurcenſem, primum & omni quidẽ ſo-
lertia, ut eſt omnium ſolertiſſimus, ac pia ac multorũ ſa-
lutem indagine, de abſtruſis pœnè, ac inuijs Spagnolæ
latebris, Germanorum & totius ferè Europæ gentibus,
notum ac expoſitum facere, te quoq; non pudeat, illum
ipſum tantæ rei authorem, facundo ſtili tui proſequi mu
nere. Vt quod te tam facile, tam ſuauiter diuturna uitæ in
columitate donauit, quādoquidẽ fas id eſt, perpetuo fru-
giferum aliquid Panegyricæ oratiunculæ ac laudandæ
laudis tuæ præmium tibi extorqueat. Optime uale Au
guſtæ IIII, Idus Nouembris.

VLRICHVS DE HVTTEN EQVES GERMANVS PAVLO RICIO CAESARIA MEDICINA SALVTEM.

EPiſtolā tuam legi doctiſſime Rici, in qua
recte mones de Guaiaco illuſtrādo. In quo
dubitare nemo debet, quin hoc mereatur
res ipſa. Verum ego an poſſum, hoc in am
biguo eſt. Experior tamen, & tuo iuſſu, &
mea gratulatiōe, ſeruatus ac mihi redditur Guaiaci ope.
Quod annectis uero de Cardinale Gurcenſi, fieri nō po-
teſt, ut illi dedicem labores meos. Non quia nolim uel cu
curbitam laudare ſi tu poſtules, aut ille nō mereatur, ſed
quia ingratum illi futurum ſcio, à me quicquid acceperit
Neſcio qua aut illius opinione, aut mea fortuna. Scio nō
facile credis, quod ſcribā, ſoles tu enim dicere literas ama
re illum & ingenia complecti, ſcribā tamē, & niſi omnia
fallant perſuadebo etiam. Anno abhinc ſexto, cum Bo-
noniæ ſcholaſticus agerem, atq; ille legatus ad Iulium ſe-
cundum Cæſaris Maximiliani eſſet, & in eo itinere Bo-
noniam acceſſiſſet, rogatus ſum à Germanis ibi, quādo-
quidem carminibus & orationibus occurrerēt Cæſaris
legato Itali multi, ne uideretur ex Germanis item potuiſſe
hoc neminem, aliquid & ipſe conſcriberem, quod illi of-
ferretur. Parui obſecutus ſum, Panegyricū luſi. In mem
branis conſcriptus libellus eſt, & purpura indutus, at de
aurata frons. Titulus minio, reliqua ut potuerūt exculta.
Tum ille, quid? Non poſſum dicere aliud, contēpſit mu
nus meum. Flagitaui haud multo poſt, quia in maximis
ſummorum principum negocijs uerſari ſcirem, magnis

uſus amicorum interceſſionibus, adſcribi in illius comi-
tatum. Sed neq; impetraui hoc, neq; me ille, cum militiæ
agerem, ſumma cum inopia, ac ante ipſius oculos ſæpe
obambularem, aut ſalutatione, aut reſpectu dignatus eſt
Tantum abfuit, honorem ut inuicē haberet, ſic de ſe me-
rito. Huic tu uis libros meos adſcribi? aut hunc me uoles
ornare? præſertim cum hoc ille non poſtulet, ut qui do-
mi ſuæ habeat, qui hoc faciunt, illum in primis Bar-
tholinum, conuentum Auguſtenſem qui deſcripſit
ubi tātum illum effert, ut non modicum alijs de
trahat. Me quidem ſuum appellat inibi, ra
tus ſic fore nō ut ſentiam occultū quē-
dam morſum. Quanquam non
ignorare debes tu, ita mihi
placere ſi me ſuum
dicet Bartho-
linus, ut interim non
diſpliceat, ſiniſtre in me qd'
fit, aut Italice quod fit, Sed deſinam
plura. Tu quod facis, inter medendū Gua
iaci naturam omnibus, ut ita dicam, ueſti-
gijs inquire. Ego quidem ut uoluiſti quæ iam ex
plorata habebamus, ea in literas retuli. Tu adde
quæ experientia cognoſces, ac Hutte-
nū ama, amantē te mirifice, Augu-
ſtæ Idibus Nouenbris.

AN. M. D. XIX

VVLPH. ANGVSTVS LECTORI S.

ANtigonus sæua quondã tempestate iactatus, in eadem naue secum quũ suos omnes habuisset præcepisse liberis dicitur, ut & ipsi meminissent & ita posteris proderent, ne quis cum tota gente simul in rebus dubijs periclitari auderet. Huius etiam memor præcepti Philippus Aemum montem ascensurus alterum ex filijs non sine dissimulatione casus aleæ difficillimi in Macedoniam ablegauit. Eodem apophthegmate iandudum Huttenũ in militiam proficiscentem admonui, ut fœtum recentẽ à se editum librum hunc, de Guaiaci medicina, officinæ, nostræ in mille partus effusuræ committeret, non tã persuasi quàm pœnè extorsi. Quẽ alioqui, ipse sagatior Emẽdaturus si licuisset erat. Tamen quantum penuria tẽporis patiebatur unum uel alterũ cum epistola, qua principi nostro dicatus est liber, caput una legendo perstrinximus, quod admodum mihi quàm sal necessariũ fuisse uidetur. Amanuensis quippe eius parũ literatus, qui transcribendo auxilio esse debebat, omnes propè uersus (ortographiã taceo, qua ille nunquã ratione aliqua peccare potest) corrupit, & me nõ in morã solũ, sed in maximam etiã difficultatẽ coniecit, æmulatus tamẽ utcũq; sum, Huttenicam editionem primariam, ne interim studiosis memoria authoris, ac ueteri & grauissimo morbo remediũ salutare, hoc nouo, qualiscunq; est, libro deesset. At, Omnia tum melius cum uenerit ipse canemus. Vale.

CAPITVM SERIES HVIVS LIBRI.

Capitis xv. numerus fallit, quem cum sequentibus ex præscripta serie corrigito.

MOGVNTIAE IN AEDIBVS IOANnis Schœffer. Anno. M. D. XXIIII.

